



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



615.

1

R 14

• R



SECRET A  
SECRETORVM  
RAYMUNDI LULLII  
ET HERMETIS PHILO.  
SOPHORVM IN LIBROS  
TRES DIVISA.

CVM OPVSCVLO D. THO.  
*ma Aquinatis, de Esse & Essentia minera-  
ralium, & Cornelij Aluetani Ansfrodij,  
de conficiendo diuino Elixire libellus,*  
ELIZABETHAE Reginae  
*Anglia, &c. dicatus.*

Omnibus Medicinæ & Chymiaë stu-  
diosis fore utilissimus.

*Materiam singulorum post præfationem pa-  
gina indicabit.*



COLONIAE,  
Apud Gofuinum Cholinum.

ANNO M. D. LXXXII.

Cum gratia & privilegio Cas. Maieft.

BENEVOLO LECTORI


Salutem.

**Q**Uoniam ante annum candido Lector, in hoc Lullij opusculum incidissem, cuius exemplar manuscriptum, admirationem & raritatē aliquā præferre, & à doctis quibus id ostenderam non modo non improbari, verum multo magis expeti animaduertentem, operæpretium duxi typis excudendum dare, ne aut medicinæ studiosos, aut ea indigētibus sua utilitate, reprimendo, defraudarem. Præterea cum Thomæ Aquinatis fragmentum aliquod Chymicum, Cornelij quoque Afuetani Ansrodij libellus de conficiendo diuino Elixire, ad manus essent, & cum priorē raritate certare viderentur, ob materiæ affinitatem ei adiunxi, non quod ea in omnibus tanquam certa approbare, sed potius doctorum & studiosorū iudicio submittere voluerim. Porro si quædam occurrerint in iis quæ multis tanquam mi-

...us credibilia videbuntur, sciant  
multa in rerum natura reperiri oc-  
cultā, quæ ante sagacem indagatio-  
nem earum, à plerisque quia inco-  
gnita, reiiciuntur, quæ eadem pau-  
cis summo cum gaudio & emolu-  
mento intellecta coluntur, & tan-  
quam thesauri reconduntur. Quam-  
obrem qualiacunque tandem illa  
sint, digna legi existimo, quæ intel-  
lecta ita forte rebus tuis commo-  
dabunt, vt & auctoribus, (quorum  
memoria apud multos rara est) &  
mihî gratiam aliquando magnam  
sis habiturus, quod si censeo his  
aliquando maiora (volente  
Deo) addam. Vale  
& frueri.

PRAE

**PRÆCIPVARVM**  
**RERVM IN HOC LIBRO**  
**CONTENTARVM**  
**INDEX.**


**R**aymundi Lullij & Hermetis Secretorum liber Primus tractat de retardandis iuuenibus à senectute, & reducendis senibus ad iuuentusem, estq; diuisus in sex capitula.

Primum capitum est de Purgantibus	folio 1
Secundum de consumentibus malos humores	11
Tertium de generantibus bonum sanguinem	16
Quartum de innouantibus & confortantibus virtutes & vitam.	20
Quintum de renouantibus pilos	25
Sextum de resicientibus & exhilarantibus animam.	29
Raymundi Lullij & Hermetis Secretorum liber Secundus tractat de septem herbis planetarum & de febribus.	
Prima herba est Solsequium	34
Secunda Semperuua	36
Tertia Marrubium	36
Quarta Saxifraga	37
Quinta Pæonia	38
Sexta Statirion.	42
Septima Saluia.	44
De morbo Cronico sequens solem	47
Remedium contra impedimenta medicinae & con-	

## I N D E X.

*tra pericula, quæ à medicis, qui administrant  
medicinas contingunt, id est, contra nocu-  
menta quæ à medicis inferuntur in corpus hu-  
manum.* 48

- Remedium contra febrem continuam & magi-  
sterium in cura eius* 53
- Remedium contra febrem tertianam & magiste-  
rium in cura eius* 55
- Contra quotidianam febrem* *ibid.*
- Contra acutas febres* *ibid.*
- Ad curandam frenesim & stultitiam, eiusq̃, fu-  
rorem, vel saltem ad mitigandam* 57
- Remedium contra febres & terminum enutriceo-  
rum, & cura eorum simul.* 58
- Remedium contra febres Pestilenciales* *ibid.*
- Remedium contra sp̃asimum qui generat febres* 61

**RAYMVNDI LVLLII ET HER-  
metis secretorum liber tertius tra-  
ctat de arte operatiua.** 60

- Oraio medicorum* *ibid.*
- De Virtutibus & laudibus Aquæ Vitæ deque con-  
fectione eius* 65
- Compositio Elixiris vitæ quæ est aqua caelestis.* 69
- Secretum secretorum naturæ, quod antiqui solli-  
tè quæsiuerunt, & tamen non inuenerunt.* 90
- Doctrina consociendi aquas solemnes ad quas re-  
currendū est ægrotis cum a medicis derelicti  
sunt* 33

**Modus**

## I N D E X.

<b>Modus faciendi aquam Chelidonic, siue de extra-</b>	93
<b>bendis quatuor elementis ab ea</b>	
<b>Preparatio salis pro medicis</b>	94
<b>Modus faciendi aquam sanguinis humani siue de</b>	
<b>extrahendis 4. elementis ex eo.</b>	98
<b>Extractio Elementorum ex Lauro</b>	ib:d.
<b>De aqua Rorismarini</b>	99
<b>De horis planetarū conuenientibus medicinis cor-</b>	
<b>dialibus &amp; confortatiuis</b>	ibid.
<b>De vinis confortatiuis ex Arnolde de Villa Noua</b>	
109	
<b>De Auro Potabili</b>	112
<b>Ordo rerum inferiorum scilicet terrestrium ad su-</b>	
<b>periora scilicet cœlestia</b>	113
<b>Quod medici non debeant esse ignari rerum Cœ-</b>	
<b>lestium</b>	114
<b>Aqua pro confortatione capitis</b>	115
<b>Aqua mirabilis ad visum conseruandum</b>	116.
<b>Aqua socialis ad omnes morbos oculorum</b>	118
<b>Aqua pro oculis</b>	119
<b>Aqua Potabilis</b>	120
<b>Aqua Hirundinum</b>	121
<b>Aqua Lassa</b>	122
<b>Aqua Conseruatiua</b>	123
<b>Aqua duplicatiua</b>	124
<b>Aqua Salvia</b>	ibid.
<b>Aqua viuificans &amp; ad pristinam iuuentutem re-</b>	
<b>ducens.</b>	125



## I N D E X

### OPUSCULUM DIVI THOMAE

Aquinatis, de Esse & Essentia mineralium continet quatuor capitula.

<i>Primum capitulum tractat de Esse lapidis</i>	122
<i>Secundum de Esse Metall</i>	132
<i>Tertium de Esse Metallorum per artificium</i>	134
<i>Quartum de mineralibus, scilicet quomodo per artificium fit aurum &amp; argentum</i>	138

### CORNELII ALVETANI ANS-

rodij libellus Elizabethæ Reginae Angliæ  
dicatus, tractat de conficiendis duobus oleis pro Elixire diuino ad transmutandum metalla imperfecta.

<i>Primum est oleum Philosophicum</i>	144
<i>Secundum est Sperma metallorum</i>	147
<i>Ad faciendum aquam fortem</i>	148
<i>Ad faciendam regiam aquam</i>	ibid.
<i>Ad faciendam aquam quam Philosophi vocauerunt diuersis nominibus vt eam celarent, vt Lac Virginis, Menstruum, sed potissimum &amp; sepius aquam Mercurialem, quæ est clauis totius Philosophiæ.</i>	150

LIBER

LIBER PRIMVS  
ARTIS RAYMVNDI LVL.  
LII OPERANDI QVIN-  
TAM ESSENTIAM.

CAPITVLVM PRIMVM.

**N**tendo componere rem mirabi-  
lem Hippocratis, Galeni & Haly,  
& Auicennæ & aliorum philoso-  
phorum, illud quod occultatum  
est in quibusdam libris antiquorum; vide-  
licet iuuenè à senectute retardare, & ipsius  
iuuentutem diu retinere, & senem quouis  
modo ad iuuentutem reducere; & hoc fit  
per conseruationem virtutum, spirituum,  
& caloris naturalis in suo esse & temperan-  
tia, & ipsorum confortationem, & duplica-  
tionem in eorum defectu. Nam quamdiu  
virtutes, spiritus & calor naturalis non de-  
bilitatur, neque pili canescunt, nec cutis  
corrugatur, neque canicies & cutis corruga-  
tio accidunt ex calore naturali debilita-  
to, declinante ad frigiditatem & siccita-  
tem, ex quo nutrimentum corrumpitur in  
membris: nam cibus peruenit ad quodlibet  
membrorum, & digeritur à calore  
naturali illius membri. Cum ergò de-  
bilitatur ille calor ab aliqua occasione, tunc

A          corrup-



RAYMVNDI LVLLII

corrumpitur ille cibus, & tunc accidit cor-  
 rugatio cutis, aut canicies, vt patet in seni-  
 bus qui sunt frigidi & ficci. Sed hic quo-  
 modo vero accidit ex senectute, sed ex in-  
 firmitate tunc dicitur canicies, sicut in  
 morphea & scabie, & tunc pili canescant  
 cum albedine corij, & causa est quod infir-  
 mitas est in cute. Sed canicies est autem  
 propter debilitatem caloris naturalis qui  
 exit à corpore. Nam senectus infrigidat &  
 desiccatur corpus. Et hæc senectus accidit &  
 debilitat duobus modis: scilicet ex longo  
 cursu, non debilitate, & hoc dicitur esse  
 cum tempore, hoc multum per sapientiã  
 potest retardari: Altera ex nequitatibus &  
 curis pessimis, & hoc ante tempus, & hæc se-  
 nectus potest ex toto auferri, & qualiter  
 auferitur & retardatur inferius dicam. Et  
 quia frigiditas & siccitas dominatur in  
 corpore senum, ideo sanguis eorum est  
 paucus & virtus debilis, & calor natura-  
 lis debilis in digerendo cibum, quapro-  
 pter adgregatur in corpore eorũ humidi-  
 tates multæ & humores crudi, & ideo de-  
 bilitantur spiritus eorum, & dominatur in  
 eis debilitas naturalis naturaliter, quia  
 corpora eorum sunt frigidiora & sicciora  
 quã ante fuerunt, & cum frigidi sunt & sic-  
 ci indigent, eis quæ calefaciant & hume-  
 ctent

tēt calefactione & humectatione equali,  
 ex cibis & potibus, & viribus conuenienti-  
 bus, & cantu. Et cum diminuti sanguine  
 indigent eo quod adhæret, addet illud  
 ex cibis & potibus, & ex bonitate diges-  
 tionis, & exercitio, & gaudio. Et hæ  
 species sunt multæ, sicut aspectus re-  
 rum bonarum, vt colores boni, & status  
 altus, & vasa pretiosa, & ea quæ faciunt  
 ridere & lætari, & reliqua quæ sunt simi-  
 lia his, & suffumigationes bonæ, & odores  
 delectabiles. Et cum virtutes corporis si-  
 stunt debiles, indigent eis quæ confortant  
 ipsas ex cibis & potibus & speciebus, exerci-  
 tijs & medicinis habentibus hanc nobilem  
 proprietatem, & hoc est occultum. Et cum  
 sint humiditates corrupte, & humores cru-  
 di aggregati in eis, indigēt eis quæ extenuēt  
 & desiccant humiditates superfluas, & di-  
 gerant humores crudos, & siccent corpus,  
 & viribus ex animalibus & plantis, sed vnū  
 istorum facit planta, animalia duo. Et cum  
 cutis sit corrugata & inueterata, indiget eis  
 quæ innouent eam & induant eam pulchri-  
 tudine puerili & mundificatione & rube-  
 dine: Et hoc fit duobus modis, per disten-  
 sionem cutis, & per mundificationem sang-  
 uinis, & purificationē eius detergetur cu-  
 tis, quum detergitur ab ea illud quod est

RAYMVNDI LVLLII.

mortuum deterfione subtili.

Et cum subtiliatur cutis cum absterfione leui, & hoc faciunt linimenta & ablutiones, vt est.

*Oleum nitri vegetis preparati*

*Ius radice sigilli beata virginis preparatum  
et succus aliarum herbarum preparatarum, sicut*

*Dragontea,*

*Viticella, et*

*Vnguentum citrinum,*

*Aqua radice leuistici, &*

*Aqua hordei*

*Lac virginis,*

hæc omnia albificant mundificant & humectant faciem, sed non detergitur. Mundificatur & purificatur sanguis multis modis: Vno modo per cibaria generantia laudabilem sanguinem, sicut vinum subtile odoriferum, & cibaria laudabilem chimū generantia, sicut sunt ea quæ perfectè coquantur, vt facilius & melius digerantur, quoniam in digestionem radix boni sanguinis generatur: Alio modo per assumptionem rerum purificantium & mundificantium sanguinem, sicut

*Mirabolani conditi,*

*Perla,*

*Aurum,*

*Succus fumiterre,*

*Lupulus,*

*Borra-*

SECRETORVM LIB. I.

*Borago,*

*Buglossa,*

*Cassia fistula,*

*Prunorum Damascenorum.*

Et sit assumptio illarum rerum quæ humorem superfluum purgant. Et cum pili sunt cani, indigent si possibile esset vt caderent, & loco eorum nascerentur nigri, deinde prohiberetur ne caniant. Et omnes istas res explanabimus inferius explanatione perfecta cū Dei adiutorio. Sed in primis ponā omnia ex quibus senectus peruenit, & omnia quæ ad senectutem hominem accelerant & festinant, & omnia quæ iuuenem retinent in iuuentute, & senem faciunt ad iuuentutem redire. Sed incommoditas senectutis cōtingit ex debilitate caloris naturalis, cuius debilitas accidit duobus modis. Vno modo scilicet ex naturali cursu naturæ, debilitate: Alio modo ex accidentibus & curis pessimis, sed accidentia ex curis pessimis sunt multæ, ex quibus calor naturalis debilitatur, sicut sunt ea quæ minuunt spiritus & virtutes, vt subita euacuatio humorum, vt coitus nimius, & phlebothomia nimia: Quod si acciderit, subueniēdum est cum cibis & potibus bene nutrientibus, vt

**RAYMVNDI LVLLII**

*Ius gallinarum, & gallina,*

*Hadorum,*

*Perdicum,*

*Fasianorum,*

& cum longo somno & quiete, & ociositate, & cum rebus odoriferis, & quæ confortant visum & auditum, & vt non videat, quod ei displiceat, & iaceat in lecto molli.

Nota quod coitus mouet materiam ad exteriora, & exsiccat vaporem calidum putridum venientem ad superficiem cutis, & ita ante tempus facit corrugare cutim. Sed leprosis & paratis ad lepram & scabiosis omnino, est vitandus, calor enim naturalis ex hoc deficit, & cibus non digeritur secundum quod oportet: viri tamen & mulieres coire debent cum appetunt & non repugnare.

*Ex fleubothomia nimia accidit,*

*Festiva senectus,*

*Hydropisis,*

*Defectio virtutis*

*Stomachi,*

*Hepatis, &*

*Cordis debilitas*

Ex negligentia enim fleubothomix cum quis ea indiget, accidunt ægritudines multæ, scilicet

*Apoplexia,*  
*Paralyfis,*  
*Lepra,*  
*Scabies,*  
*Peripneumonia,*  
*Variola &*  
*Morbilla,*  
*Synochus, &*  
*Hemoptoica:*

& sunt alia quæ festinant & præparant se-  
 nectutem, sicut ea quæ generât flegma pu-  
 tridum ingestum & aquosum, quod fle-  
 gma oppilat & non permittit calorem na-  
 turalem per membra ingredi, sicut sunt  
 hæc, scilicet

*Fructus,*  
*Pisces,*  
*Olera,*  
*Lac,*  
*Triticum coctum,*  
*Pultes &*  
*Potus aquæ pluviæ,*

& tangere cum his quæ sunt frigidiora si  
*Camphora & Aqua Rosarum,*

sed cum dicitur de fructibus, intelligen-  
 dum est de recētibus: Nam in fructibus re-  
 centibus est humiditas corruptibilis, ex  
 quo humor aquosus generatur, & flegma,  
 quod corrumpitur in membris & generat



RAYMVNDI LVLLII.

caniciem & cutis corrugationem, & phlegma corruptum generat, & in omnibus complexionibus sunt vitandi. Sed calidis & ficcis minus sed alijs omnibus sunt mali, sed marini min<sup>o</sup>. & qui generatur in aquis currentibus & fluminibus petrosis. Olera similiter corrumpunt stomachum, & phlegma generant putridum,

*Lac,*

*Pisces, &*

*Triticum coctum, &*

*Pultes, similiter, &*

*potus aqua pluuiæ.*

Omnia hæc generant putridum humorem. Sed tangere cum rebus frigidis faciunt augmentare putredinem sub cute, sed calida consumunt, vel oleum cum nitri vegetis: hæc omnia supra dicta augmentant putredinẽ, Sed quæ obuiant putrefactioni sunt hæc;

*Poma granata,*

*Aurum,*

*Perla,*

*Succus crudus fumiterræ,*

*Sal,*

*Cuscuta,*

*Mirabolani conditi,*

*Hypericon, &*

*Serum, præcipue caprinum.*

*Et si accidit quod phlegma corruptum genera-*  
*nera-*

SECRETORVM. LIB. I.

neratur in corpore, subueniendum est cum his quæ purgant flegma putridum, id est,

*Pillula de Aloe lota.* &

*Mastiche* &

*Terapigra.*

nam ipsi purgant flegma putridum, & malitiam, & conuertit hominẽ de mala cõplexione ad bonam, & facit acquirere bonam iuentutem. Purgatio huius rei est, vt fumatur vomitus post cibi saturitatem, vt alibi dicitur. Et similiter subueniẽdum est cum his quæ consumũt, vt dyanthos, quod consumit flegma, & malitiam cerebri, & canos retardat, & sensum corroborat: Et dyatameron, quod digestionem cõfortat & flegmaticas humiditates & superfluitates consumit in corpore vbicunque sint: Et zinziber conditum, quod consumit humiditatem congelatam ex piscibus & fructibus: Et kebuli conditi propriẽ consumunt & desiccant flegmaticas superfluitates stomachi, & ipsum confortant, & sanguinem clarificant, & valẽt melan colicis, & si qualibet die sumantur, seruant inuentum & faciunt redire adolefcentiam, & retardant caniciẽ.

Primum medicamentum & prima cura huius rei est euacuatio humoris fleg-

A s            mati

matici in omni hora, cum vomituo sumpto post repletionem cibi, vel semel in vno quoque mense. Et clysteria purgantia humorem talem, & talis saturatio debet fieri cū appetitus abest, & hoc de mane, & cum rebus acutis & contrarijs stomacho, sicut cæpa & caseo, nam cibus qui auide sumitur incorporatur & non de facili per vomitū emittitur: Et vomitus proprius est vt præparatio ellebori albi ʒ. j. in quatuorꝫ vini per noctem & mane coletur & offeratur. Clystere autem est vt sumatur mercurialis, ebuli, & sambuci foliorum equaliter & parum bulliant, & colétur, & in clystere iniiciantur, & est secretum magnum.

Et hæc duo genera medicaminum dicuntur propria ad hoc. Tamen nō est negligendum quum aliquis purgetur per inferiora cum re quæ purgat flegma & melancholiam, nam melancholia reddit hominem tristē, & tristitia pergit ad senectutē. Et proprium medicamen ad hoc est, quod facit elleborus niger præparatus, & ipso vsus fui in vita mea, de proprietate cuius est, quod ipse mutat hominē de complexionē mala, & facit ipsum acquirere complexionem bonam iuuenilem, & in præparatione est totum secretum, quod occultauerunt sapientes.

SECRETORVM LIB. I. II  
CAPITVLVM SECVNDVM  
de his quæ consumunt malos

humores.

**D**Iximus de his quæ purgant: nunc dicamus de his quæ consumunt: scilicet res cõsumétes supra dictũ humorem in humida complexione, sicut sunt electuaria calida digestionem confortantia, & pulueres specierum calidarũ, vt

*Gariophili,*

*Lignum aloës,*

*Macis,*

*Galanga,*

*Nux Muscata,*

*Cubeba,*

*Aurum*

*Zinziber,*

*Crocus &c.*

Sed melius est vt virtus harum rerum resoluatur in vino, & illud sumatur, nam incorporabitur, & transmutabitur per omnia membra, & deficcabit humiditatem flegmaticam in omnibus membris. Et propriè dyataneron, quod consumit flegmaticas superfluitates, vbi cumque sint in corpore, & melancolicas, & digestionem confortat, & sanguinem reparat: Sed dyanthos consumit flegma & melancoliam in cerebro, & canos retardat, & sensum re-

parat.

**RAYMVNDI LVLLII.**

parat, sed calidis complexionibus non conueniunt supra dicta, quod sanguinem adurunt & incendunt humores, præcipue adultis complexionibus, & in his qui vicium calefactionis habent. Sed istis conuenit

*Gariophili,*

*Vinum Malorum granatorum,*

*Magarita,*

*Aurum,*

*Cubeba,*

*Rosarum muscus, &*

*Petroselinum,*

*Spicanardi, & parum,*

*Ozumi,*

*Liquiricia,*

*Croci parum,*

si ex his fiat puluis & vtatur in cibis, consumit enim flegma putridum & indigestum, & confortat etiam omnia membra. Et cor cum offenditur calidis complexionibus & defectus stomachi subuenit: valet etiam in hoc casu, Triphera pharacæica, veruntamen dixerut quidam quod non solùm ex flegmate putrefacto cani perueniunt, sed ex cholera putrefacta, quia omnis putrefactio defectat calorem naturalem. & cum calor debilitatur, corrumpitur cibus in membro, & tunc accidit membro corrugatio & senectus, vt videmus in scabiosis, cuius

ius cutis fenescit, & corrugatur ex scabie, ea recedente iuuenescit, corrugatio recedit, & ego hoc credo. Sed res quæ proprie putredinem ex colera expellit & consumit est aurum præparatum, ideo valet leprosis ex calida causa, & vinum malorum granatorum, & dragagantum, sicut quidam dicunt, & sunt frigida, neque humores accendunt, & stomachum confortant. Sed proprietas vini malorum granatorum quocunque modo sumatur siue in syrupo, siue in pulmento quod romaniam dicitur, siue in sapa virtutem habet extenuandi humores, & eos cum vomitu eijciendi, calorẽ epatis extinguere, & membra confortare & cor, & os stomachi, & valet cardiacis: Sed propria res, tam in cura calida quam in cura frigida sunt kebuli conditi, nam ipsi stomachum confortant & superfluam eius humiditatem desiccant, & tum sunt frigidi & sunt vtilis melancolicis, & sanguinem clarificant, nec est aliqua res in hoc mûdo quę loco eius stare possit. Et si qualibet die sumatur vnus consumit flegma, & tardat caniciem & cõseruat iuuentutem, & facit ipsum redire ad adolescentiam.

Et carnes viperarum sunt similiter cõseruantes adolescentiam, si assiduatur earũ commestio, sed hoc non faciunt peruiam

pur-

purgationis, neq; per viã cõsumptionis, sed qualiter hoc fit in suo capitulo dicemus.

Et fumigationes congruo tempore sicut quod fit in calido tempore vel frigido ex confectione facta de

*Camphbra,  
Sandalõ albo, & pauco,  
ligni Aleos, cum  
Aqua Rosarum*

confectis, nam istæ suffumigationes aperunt opilationes cerebri, & sensus corroborant, & tardare faciunt caniciẽ, & faciẽ clarificant, & superfluã humiditatem cerebri consumunt, & humiditatem subcutaneam deficcant, & consumunt, ex quo cutis corrugatur & senescit, & hoc operatur, quia totum humorẽ subcutaneum ad superficiem trahit, deinde deficcet, postea vtatur balneis temperatis, & sine sudore, & mundet cutem à sorde congregata, & poros aperit, & humiditatẽ superfluam deficcet.

Et similiter quædam confectiones sunt communes in vtraque complexione, sicut electuarium regum, quod dicitur medicina annualis, quod anno integro sumi debet. Et trifera facta ex mirabolanis Et confectio quasi fit ex scoria ferri, sed melius si ibi esset aurũ, & aliæ multæ quæ in libris sapientũ continẽtur, sed aurum & marga-  
con-

rite in vtraq; complexione conueniunt, & consumunt humorem superfluum, sed si recipiatur puluis harum speciorum.

*Auri, & Margarita equaliter,*

*Liquiritia,*

*Rosarum ad pondus omnium,*

resoluatur, virtus earum in vino secundū quod opotēt, deinde seruatur hoc vinum cum aqua in cōmestione quidē in sua hora iucorporabiliter, & omnem superfluitatē totius corporis expellet & desiccabit omnia mēbra interiora, & deopilabitur deopilatione perfecta. Nam deopilatio facit currere spiritus per membra, & naturalem calorem vigere in corpore: Sed si corpus est opilatum calor naturalis non potest currere per mēbra, sed potius debilitatur, & ita nō potest cōsumere superfluā humiditatē putrefactā, & ex eo proueniūt cani, & cutis corrugatio, & homo senescit. Intēde ergo in deopilando membra corporis intentione integra, cū rebus quæ confortant & deopilant, sicut sunt hæres dictæ, scilicet hepar, & renes & vesica ab omni fordicie mundabūtur, & non est medicina similis huic, quid virtus harum rerum resoluta, in vino non fatigat calorem naturalem, vt si essent cum substantia sua, pars terrestris impedit virtutem subtilem, quæ  
in



in speciebus est & cum isto ingenio resolu-  
uitur virtus specierum & herbarum à sua  
substantia, sine ed per ditione substantiæ:  
Sed si alio modo resoluatur vel sumatur  
pars eius virtutis, dispurgetur sicut in de-  
coctione syruporum pulueribus, et electu-  
arijs : Et quod hæc operatio sit vera, patet  
in elleboro albo, quod de sui natura habet  
prouocare vomitum. Et si per diē natura  
lem steterit in vino resoluetur virtus eius  
vomitiua, & illud operabitur quod substā-  
tia & virtus resoluta in vino fecisset, & in  
cura quadam quæ curat sine tenta omnia  
vulnera & facit ducere saniam donec oportet,  
deinde sanat sanatione perfecta, si acci-  
piatur puluis, & ponatur in sacco & stet  
die vna in vino, illud vinum sumptum cu-  
rat omnia vulnera vt in hoc & in alijs mul-  
tis rebus sumus experti tempore nostro.  
Sed antiqui sapientes occultauerunt hoc  
sublime opus medicinarum & euacuerunt  
omnes libros artis ab hac intentione.

*CAPITVLVM TERTIVM*  
*de his qua generant bonum sanguinem & hu-*  
*morem laudabilem & spissum.*

**Q** Vicunque vult retardare senectutem  
& obseruare iuuentutem alias sanita-  
tem, studeat tota intentione sua vti rebus  
gene-

generatibus & clarificatibus sanguine laudabilem & spissum & alios humores, quia dicit Auicenna capitulo de canicie. Retardatur canicies dum sanguis spissus permanet pinguis, calidus, viscosus. Capilli sunt nigri, cum ad aquositatem tendere incipiunt declinant capilli ad caniciem.

Sed res generantes bonum sanguinem sunt hæc,

*Vinum subtile odoriferum, &*

*Carnes Hadorum,*

*Perdicum,*

*Fasianorum,*

*Pullorum,*

*Vitulorum castratorum,*

*Auium paruorum,*

*Holas,*

*Borraginum,*

*Sphinaciorum,*

& sicut sunt ea, quæ cooperta coquuntur sine aqua, vt pastilli, & assata absq; iure: Et vtatur his quæ sanguinem mundificant, sicut est assiduatio

*Triphera Saracenicæ,*

*Mirabolanorum conditorum,*

*Succi fumi terræ,*

*Margarita,*

*Aurum.*

Studeat medicus vt hæc omnia sint cum

B quanti-

quantitate digestionis, quia in digestionem est tota radix huius intentionis. Nam ex indigestione corrumpitur sanguis & humores impuri generantur, nam cibaria, quæ de sui natura bonos humores habent generare, si bene non digerentur, generabunt malos humores. Et è conuerso. Cibaria generantia de sui natura malos humores, si bene digerentur, generabunt bonos humores vel minus malos. Ergo tota radix est in digestionem, sed bona digestio celebrabitur, cum obseruamus ea, quæ dicta sunt in regimine sanitatis, & hoc est in motu & quiete, cibo & potu, nec non in superfluitatibus expulsionem mensurarum obseruare, & domo, & cætera loca in quibus homines debent habitare, temperare, consuetudines obseruare, &c. Quæ in ea parte docentur obseruare; vt dictum est in digestionem est radix, nam virtus digestiua operatur in tribus locis, in corpore humano, in stomacho, hepate & membris, & nõ ipsa sola, scilicet digestiua, sed etiã aliæ in corpore operantur, scilicet retentiua, expulsiua, appetitiua, Sed quamuis dicantur plures virtutes vna tamen est substantia. Vnde Iohannes Damascenus dicit, virtus siue virtutes varia nomina habentes vna & eadem substantia sunt, sed diuersa officia in diuersis

membris, diuersis vocabulis nuncupatur, sed non omnis res, confortans primam digestionem confortat secundam & tertiam. Et non distinguitur à sapientibus, vel raro quæ sunt res confortantes primam digestionem, & quæ secundam, nisi quod indifferenter loquuntur de re confortante digestiuam virtutem. Sed difficilius confortatur digestiua virtus, quam aliud; etiam ex eius errore difficiles in curatione nascuntur ægri-  
tudines, sicut est,

*Scabies,*

*Lepa,*

*Morphea,*

*Serpigo,*

*& alia ægri-  
tudines subcutanea,*

*Pruriginosæ,*

*Canicines,*

*Cutis corrugatio ante tempus.*

quæ accidunt ex cibo corrupto in membris, quia ad quodlibet membrum peruenit cibus, & ille cibus digeritur ex calore naturali qui est in quolibet membro. Cum ergo debilitatur ille calor & illa virtus, corrumpitur ille cibus & tunc accidit membro occasio aut infirmitas. Et nos inuenimus rem quæ errorem tertie digestionis remouet de proprietate, & etiam secundæ, vt est  
affiduatio commestionis carni-  
um

rum præparatarum, secundum quod dicam in suo capitulo, non solum hoc facit, sed omnes egritudines, prouenientes ex tali errore curat, etiam inunctiones quædam de proprietate confortant virtutem digestiuam tertiam, sicut est vnguentum quod fit de succo,

*Tapsiæ,*

*Chelidoniæ,*

*Calamenti,*

*Apii,*

*Menta, &*

*Centrigalli,*

*Pinguedine porci:*

& aliæ inunctiones quæ de proprietate confortant digestiuam virtutem tertiam, sicut est succus radicum lapacijacuti, qui de proprietate facit hoc, sed prima digestio à multis rebus confortatur, secunda à paucis, à tertia paucissimis.

### CAPITVLVM . QVARTVM

*de Innouatione & Confortatione*

*cutis & virtutum.*



Vtis innouatio est ex assiduitate commestionis serpētium, nam cutis confortatur & excoriatur & innouatur solum ex potatione aquæ purissime, siquidē recipitur in potu,

non solú hoc facit, sed alopeciá & uriná curat, & trásmutat corp<sup>o</sup> humanú & sincerat, & innouat ipsum, vt alibi dicá. Sed vipere nisi parétur vt expedit nó valét: Nam carú præparata confortat virtutes, ex proprietate, sed virtus aliarú rerú & herbarú variátur secundú diuersitatem locorum.

Est ergo res quæ prædictum miraculum facit, quæ à quatuor non corrumpitur elementis, & est humanæ complexioni cõueniens, neq; calefacit, neq; infrigidat, neq; humectat, neq; deficcet. Immo est temperata, ex temperamento excedit omnem rem huius mundi in temperátia & per humiditatem, quia temperata est in quarto gradu, & quatuor habet partes cuiuslibet quantitatis, neq; est res aliqua quæ huic rei assimileretur, neq; loco eius stare possit, habet potestatem subueniendi stomacho defecto, timorosos audaces facit, cardiacos confortat, & contra malitiam alopeciam atq; tyriam, & calorem naturalem temperat, & virtus eius in sua manifestatur substantia, quia in eo claritas, vnde clarificat, in eo puritas, vnde purificat, quod in eo est temperantia magna, ideo temperat, cuius temperamentum transit super omnem rem, in eo est perennitas, ideo conseruat corpus humanum, in eo est assimilatio

22 RAYMVNDI LVLLII

humanæ complexionis, ideo summè v a let  
fi propinetur sicut oportet, & in eius præ-  
paratione est totum secretum, quod anti-  
qui occultauerunt sapientes, & est: Recipe  
illud quod de 24 granis ponderis hordei  
est, & combure ipsum in fumo vel fimo  
combustionis, deinde laua ipsum bene &  
tere donec fit puluis vt alcohol .i. subtilis-  
simus vt radij solis, deinde solue in aqua &  
congela cum re qua ipsum soluitur, po-  
test etiam per se solui absq; alia re in vase,  
quod vas sit in alio vase posito sub fimo ca-  
lido, hac aqua vtere, vt scis per documentū  
Auicennæ.

Scias quod omne quod mouet spiritum  
& sanguinem ad cutē induit eam pulchri-  
tudine iuuenili & mundificatione & ru-  
bedine, & adiuuat ipsum, & illud quod ab-  
stergit abstersione leni ponens cutim sub-  
tiliorem, & detergit ab ea quod est mortu-  
um decoctione subtili, & subtiliatur cutis  
cum abstersione leni, & hoc faciunt inun-  
ctiones, ablutiones &c. vt superius dixi:  
dicitur quod si bos senex macer inpingua-  
tur, herba colligatur in autumno, deinde  
conseruetur eius pinguedo cum duriori &  
grossiori cibo tribus vel pluribus mensi-  
bus, carnes eius fient teneriores & iuniores  
quā iuuenis, qui lōgo tēpore stetit pinguis.

Item

Item si homo taliter præparetur vt per sudorem cutis esset macra & vacua, deinde pastetur cibus regenerantibus bonos chimos, acquireret iuuentutem, sicut quidam sapientes mutabant carnem leprosi, prius perforare cum stilo faciebāt & assatum tūc minutissime perforari faciebant & post de ipso iustari & euacuari.

Item calor naturalis sãni hominis est temperatæ complexionis, & fumus eius temperatus, ideo temperat super omnem rem propter affinitatem, quam habet in homine. Nam tactus eius grauis & suauis tactui: Nam si vis soluere solem in aquam claram, solue prius cum gumme armoniaco, deinde pone in instrumento aceti ad firmum vt scis, & soluetur sine sale in aquam claram.

## CAPITVLVM QVINTVM

*de renouatione pilorum.*

**V**tiã cadāt & nigri loco canorum renascātur, dicitur in libris Hermetis, quod est quædam planta quæ dicitur statier, quæ est similis maioranæ, cuius folia cælestis sunt coloris, fimilis folijs viticellæ, hæc autem egreditur à tetra foliis nuda, & per vnum quæque diem lunarem folium eius nascitur, transactis 15 diebus auferuntur ab ea folia.



ita quod vnū foliū per vnūquēq; dierū residuorū aufertur, remanet nuda prout prius fuit, & herba nascitur in mōtib; & in ripis fluuiorū, sed habet folia rotūda vt denarius & est lignū eius rubeū & flores citrini, & habet odorem sicut muscus, & habet lac croco simile, & dicitur quod quicūq; acceperit de hac herba ad pōdus vnus lentis cū tātūde de sapa & clauerit in vase tribus diebus, & ex ipso biberit per aliquot dies ad pōdus triū cochlearū pili eius cani cadūt, & sic loco albi renascūtur nigri: si pro cibo cū lacte vaccæ per tres dies de illo modicū accipiat homo iuuenescit, deinde inuenies in Abohali Auicennę rescribens in quodam libro suo dicens idem quæ experti sunt in nostro tempore est potare dragagantum rubeum ablutum. 3. 1. ipsum enim depilat canos & facit renasci nigros loco canorū. Veruntamē non tollit illud, nisi habet forte corpus & humidum, & oportet vt administretur post ipsum quod mūdificat pulmonem & humectat ipsum. Et inueni in libro animalium Aristotelis, quod ablutio cum aqua & oleo prodest ad canos, & facit rē tardare caniciē, hoc inueni in libris sapientum, sed non sum expertus hæc.

Canicies alia naturalis, alia innaturalis, naturalis incipit ab extremitatibus capillorum

rum, quod calor naturalis propter debilitatem primo illas partes dimittit, Innaturalis incipit in radicibus capillorum.

CAPITVLVM SEXTVM  
de refectiōe & hilaritate animæ.

**H**ilaris anima & refecta vigorem viribus tribuit & naturam exciscat & in omnibus adiuuat actionibus, confortat & gaudere facit, retinet iuuentutem, & cōseruat sanitatem, & clarificat sanguinem, & ipsum in venis currere facit, morbum expellit, & crifim accelerat, sed anima reficitur & letatur duobus modis. Vno modo ex eius accidentibus, alio modo ex virtute medicinarum. Ex accidentibus eius est vnus, vestimentorum indui varietate, ornamento pulcherrimo, & vt huiusmodi aspectu animus dilatetur & confortetur.

Virtus splendoris vitę est, ex musicorum instrumentorū dulciter resonantū, & suauissimę cantilenę auditu, libros delectabiles audire vel legere, & loquelā delectabilē intelligere, pulchras facies inspicere, & res alias animę delectabiles, sicut aspectus cæli stellati, & aquę clarę: & ex melioribus, sedere cum iuuēculis pulcherrimis, decenter indutis, & cum eis loqui, velut ipse po-

stulat & requirit ludis delectari, & de inimicis consequi victoriam, fiduciam complere, honoré, gloriam, gaudium, lætitiã & rationabilitatem recipere & habere. Et ex virtute medicinarũ esse ex odoribus, suffumigationibus, vnguentis odoriferis, temporibus congruis. Nam odor est cibus animæ. Nam suffumigatio aperit clausuras cerebri & quinque sensus corroborat & caniciem tardare facit, faciem clarificat ex receptione quarundam rerum, medicinarum, sicut

*Succus Borriginis cum vino potatu,*

*Perle,*

*Aurum,*

*Mirabolani conditi.*

Borrago immissa in vino & potui data, lætitiã generat. Similiter cubebæ, semina ozymi. II. De compositis, lætitiã Galeni,

*Dyatameron,*

*Dyamargariton,*

*Diaanthos,*

*Aromaticum rosatum &c.*

Omnes istę medicinæ hilarem animam & refectam suis viribus tribuunt.

Sedes caloris naturalis est in corde, & cum excedit suos terminos, aut calefacit aut infrigidat, & tunc calor naturalis, propterea quod egreditur à suo temperamento

to diminuitur & debilitatur, & sic homo fenescit.

Quę autem minuunt calorem naturalem, sunt hæc, omnia quę generant flegma putridū in stomacho, omnia quę minuūt spiritus & virtutes, omnia quę tactu infrigidant, omnia quę digestionem corrumpūt, omnis ægritudo corporis, omnis immunditia corporis, omnia accidentia anime, vt ira, tristitia, furor, inuidia, omnis fœtor & aspectus malus, & quidquid faciunt ista accidentia, vbi faciunt non mediante, motus spiritus, & ex hoc calor naturalis distemperatur, & illud quod conuenit meliore forma ex eis est, quod cōtemperat omnia ista, & multa alia diminuunt calorē naturalem & debilitāt ipsum, ex cuius debilitate prouenit senectus & cutis corrugatio. Inquiramus ergo res quę retineant calorem naturalem, cordis temperamentum ne suos excedat terminos. quia quamdiu calor naturalis temperatus perseuerauerit, sanitas cōseruabitur & iuuentus. Et hoc est quod dixit Aristoteles Alexandro.

Caue tibi ò Alexander & custodi hoc pretiosum præceptum omni custodia, calorem naturalem serua, quia quamdiu calor naturalis temperatus perseuerauerit, humor alios terminos suos non excedit sine

ne

ne mensura sua, & ita sanus & incolumis omnij tempore permanebis.

Quatuor ergo sunt res quæ in hoc negotio potentissime operantur, quarum duo sunt quæ calefaciunt calefactione æquali, & humectant humectatione æquali: Aliæ vero duæ sunt temperatæ, temperamento magno, excedentes omne temperamentum, quia calefaciunt & humectât calefactione & humectatione æquali corpus sanum, & calorem eius naturalem declinantem ad frigiditatē & siccitatem: est vinū téperatæ complexionis siue sit nouū siue antiquum, calor eius albus declinās ad rubedinem, & substantia clara & lucida, odor eius suavis, sapor eius mediocris inter pōticū & stipticum: Margarita similiter est temperata, idcirco temperat calorem naturalē, & ipsum confortat, & propriè valet cardiacis, i. tremori cordis, timorosis, tristibus, sanguinē cordis propriè clarificat. vnde Aristoles.

Vidi quosdam homines eliquisse gemmas de quarū liquore corpora lota sunt, albæ morpheæ, & ex hoc plene curata sunt. hæ duæ res confortant calorem naturalem & debilitatum restaurant & conseruant ipsum & regūt ipsum in suo temperamento, ne cursum naturæ excedat. Aliæ vero duę res sol de minera, Et calor naturalis sa-

ni hominis bonæ cōplexionis, istæ duæ res temperatæ excedunt omne temperamentum. Sed calor naturalis sani hominis & temperatæ complexionis est admirabilis, nam fumus ab eo dissolutus, & fumus eius est temperatus & suavis, quæ causa attestatur, quia suauissimus & gratus tactui est. Sed calor naturalis & sani hominis & temperatæ complexionis est vt supra admirabilis, nam fumus ab eo dissolutus, nec necesse est vt assimiletur patientibus lepram scabiem pthysim, & morbos pestilenciales, quia contagiosi sunt, ideo transeunt de vno ad alterum, propter similitudinem corporum: Nam infirmitas bruti animalis nõ transit in animale rationale, propter dissimilitudinem, vt iam vidi in morbo bouũ & aliorum similibus, à simili dico de fumo sani, nã quicquid de aliqua re dissoluitur, necesse est vt assimiletur illo à quo dissoluitur. hoc dicit Galenus super illo Aphorismo. Et quæ crescunt &c. Sed signa complexionis temperatæ in corpore sunt quũ color est cōpositus ex rubedine & albedine, & capilli sunt flani ad rubedinem & crispitudinem temperati, & caro est temperata in qualitate & quantitate, & quantum declinat ab hac complexione, tantum declinat à sua virtute & bonitate & proprie-

30 RAYMVNDI LVLLII  
prietate, & illa res quæ huic assimilatur,  
quum est temperata, temperat, & quum  
distemperata, distemperat, & quum sana  
sanat, & cum infirma egrotat, & disponit  
corpus humanum cum quo coniungitur,  
secundum suam dispositionem propter si-  
militudinem quam habet cum eo, sicut est  
videre in morbis transeuntibus, sicut su-  
perius diximus. Nec est res in mundo quæ  
habeat proprietatem illius rei, quia non  
solum corpora humana reddit incorru-  
ptibilia cum quibus proportionatur, sed  
corpora plantarum retardat à putrefactio-  
ne, quia ista res inuenitur raro, & non po-  
test commodè reperiri, vñ sunt sapientes  
loco eius lapide inuenti .i. lapide philoso-  
phorum .i. aurum & argentum. Et sapien-  
tes assimulauerūt illam rem calori natu-  
rali, eo quod calor naturalis sanæ adole-  
scentiæ & temperatæ complexionis, & fu-  
mus eius temperatus & suavis, quia ipse ta-  
ctus testatur, quum suauissimus & gratus  
tactui senum & fumus iuuentutis. Et mul-  
ti sapientes rescripserunt proprietates hu-  
ius rei in libris eorum. Cum vero res illa  
assimilatur calori naturali sani hominis  
facit operationes bonas, cum calori natu-  
rali sanæ adolescentiæ temperatæ cõplex-  
ionis, facit operationes sublimes: Nam hæc  
res

res differt ab illa re quę in principio huius capituli scripta sunt. Nam illa in principio calefaciunt & humectant corpora, secundo corpus: Nam proprietas huius rei, calorem naturalē senū & decrepitorū declinantiū ad frigiditatē & siccitatē, reducem ad caliditatē & humectatē temperate sine aliquo nocumēto, & hęc propria medicina senum, & fumus iuuetutis & plusquam sanitatē in omni ætate conseruat, & corruptas complexionēs viuificat & recipit. Et multi sapiētes locuti sunt de re quę illi assimulatur rei; sed illam tacuerunt ne incontinentes offenderent suum creatorem. O Deus si audirem dicere naturā caloris naturalis, sanorum adolescentium temperatę complexionis, iam esset apertum naturam & occultum secretum, nam hęc calor iuuat & restaurat calorē deperditum, confortat ipsum & cōseruat, & facit ipsum vigere in omnibus mēbris & est medicina senum & fumus iuuentutis, & propter hęc similitudinem vsi sunt sapientes sole minerali & lapide animali, nec est res quę assimiletur calori naturali, nam solus calor naturalis reddit corpora humana incorruptibilia & senū cū quibus proportionatur, sed corpora plātarū minus incorruptibilia reddit sicut est videre in locis domorū inhabit.




32 RAYMVNDI LVLLII  
habitabilium, quæ citius corrumpuntur  
quam habitabilia.

Nota quod humores aggregati in senibus  
non debent extrahi cum velocitate pro-  
pter paucitatē spirituum, sed debent pur-  
gari in eis humores frigidi, & cauedum est  
ne calor in eis euacuetur, quod dicit Ari-  
stoteles. Aurum & argentum propter  
confortationem naturæ ne obliuiscaris,  
quia coleram rubeam purgant, & pro-  
pterea sicut scis potes redu-  
cere in aquam puris-  
simam.

*Explicit Liber Vita primus.*

LIBER



**LIBER SECVNDVS**  
**DE SEPTEM HERBIS**  
**PLANETARVM ET DE**  
**FEBRIBVS.**

**COMPENDIVM AVREVM**

*Kyrannidarum volumen de septem her-  
 bis, septem planetis.*

**B**Lasius Africus discipulus N. stu-  
 dio Atheniēsi epiloico, studium  
 continuauit ad finem cum laude,  
 & post etiam antiquorū Kyrannidorū vo-  
 lumen tibi noto & à Pangraccio consodali  
 ibi relata inueni in ciuitate Troiana in mo-  
 numēto reclusum præsentem libellū cum  
 ossibus primi regis Kyrannidis, quod com-  
 pendium aureum intitulum eò, quòd per  
 distinctionē perfectā à maiori Kyrannida  
 volumina cum summa diligētia compila-  
 tum studio vehementi. Tractat enim de  
 septem herbis septem planetis attributis  
 secundum impressiones illas, quę sunt à di-  
 uino aspectu & maximè in regionibus ca-  
 lidis, vir qui hunc modum seruauerit in  
 operatione curandi & conseruādi corpus  
 mortale, diuinus habetur propheta. Est  
 autem virtus eius mirabilis nimiumque  
 stupenda, vt etiam in momento omnia fi-  
 ant quę docet, sic per effectum velocem  
 C diu-

diuinum propter naturam ipsarum herbarum sicut in sequentibus patet notum.

*PRIMA HERBA, SOL-  
sequium.*



Olsequiū id, est, macedonica secundum quosdam & secundum alios dicitur cicorea, est herba omnibus nota. Collige ergo huius herbæ flores, folia & radices mense Iunij hora diei sexta ad pondus libras 6, contunde totum simul, & cum toto succo Cicoreę repone massam contusam in ollam rudem habentem sex foramina minuta in cooperatura, & pone ad solem ab hora prima diei artificialiter vsque ad horam sextam eiusdem diei, & hoc fac per sex dies. Completis autem 6 diebus pone intus

*Seri Caprini libras tres, &*

*Stercoris canini ½. 4.*

& iterum repone ad solem per omnia vt prius, vel tantummodo per tres dies.

Quando autem volueris vt hoc diuino medicamine, cola & exprime secundum quantitatem dosim quam exhibere volueris.

Modus autem exhibendi est hic. Hydro-pico desperato dabis in potu tepesacto, 3. i. & semis in hora diei sexta, & illud communiter

niter patientibus omnibus detur, & passio euanescit.

Item eadem hora dosis 3. 1. Ictericam in momento curat.

Iterum eadem hora dosis 3. 3. de prædicta potione exhibita statim curat paralyticum si admisceatur decoctioni, castoreum, lilifagi in vino facto eadem dosis.

Nota quod quantumcunq; tremulus fuerit statim quiescit, & eius membra statim coaptabuntur, hoc autem nemini præcepit dicere Hippocrates.

Item eadem hora dosis 3. 2. & semis tep facto eadem die menstrua prouocat, quantumcunq; mulier fuerit antiqua.

Item si de eadem confectioe eadem hora colueris os tuum, & postea leuiter momorderis mulierem in collo, illico sequetur te.

Item eadem hora exhibita 3. 1. cum cerebro pauonis epyleuticos & apoplecticos curabit.

Et nota quod vidi epylepticum trium dierum quam composito incerta fuit per violentiam statim surrexisse & curatum fuisse, & hoc in Melandia regione, in qua non perpendebatur nec vita, nec sensus, nec flatus, nec anhelitus, quantumcunque modicum, itaque surrexit cum impetu, ita

quod adstantes timuerūt ipsum esse demonem, quem apprehensum, feci suffumigari de aromatibus.

### SECUNDA HERBA.

*Semper viua.*



Emper viua, aut barba iouis, omnibus est nota: Recipe hanc herbam, hora tertia noctis in mense maio, & contunde ipsam in massam, & pone in ollam plumbeam superius habentem in cooperulo, nouem foramina minutissima ad modum athomi, & pone cum ea mellis dispumati optimi lib. 4. & semis, & pone per 9. noctes ad lunam plenam, vsque ad tertiam horam noctis & reponere & vtere.

Istius itaq; dosis drag. 2. hora tertia noctis cum aqua fontis frigida, & sit fons viuus & pereñus, ilico curat freneticos & maniacos & dispositionem prauam & alienationem mentis.

Item dosis 3. 1. cum ouis formicarum mulieribus exhibita, facit eas perdere per tres dies.

### TERTIA HERBA,

*Marrubium.*

**M**arrubium est herba pluribus nota, huius itaque herbæ duæ sunt species, album

bum scilicet & prassiū. Collige huius her-  
 bæ lib. 5. hora prima diei artificialis radi-  
 cem cum folijs, & stipite mense aprilis, con-  
 tunde totum & repone massam contusam  
 in ollam cupream puram habentem in su-  
 perficie vnicum foramen minutissimum,  
 & impone vinum nimis forte clarum aro-  
 maticum, & pone per diem vsque ad pri-  
 mam, & repone oriente solis, & vtere hoc  
 diuino & excellentissimo medicamine.

Huius ergo dosis hora prima exhibitā 3.  
 3. & s. cum lacte mulieris puellam lactan-  
 tis in momento curat dismaticos, asmati-  
 cos, ptificos, empticos & anhelosos.

Item dosis 3. 1. eadem hora exhibitā cu-  
 rat lepram, ita quod eadem die renouen-  
 tur quod diuinum est. Commixtio tum in  
 eadem dosi sanguinis arietis vel potius ari-  
 etis fluuialis.

Item dosis eius 3. 2. & eadem hora exhi-  
 ta admixto stercore murium statim sopo-  
 rem inducit in tantum, quod qui gustau-  
 erit non possit tanquam impiè percussus e-  
 uigilare per tres dies vel duos vel minus a-  
 liquo artificio. Cum autem talis euigilaue-  
 rit prouoca in ipsum vomitum, quia sta-  
 tim attonitus factus se & alios percuteret.

QVARTA HERBA,

*Saxifraga.*

C 3

Saxi-

**S**Axifraga est herba pluribus nota. Re-  
 eius folia, quarta hora diei martij, mense  
 cum radicibus lib. 4 & contunde diu  
 in mortario, & illam massam cōtusam po-  
 ne in ollam stagneam habentem desuper  
 quattuor foramina in cooperculo minuta,  
 & pone in illam massam

*Sanguinem hyrcinum,*

*Succum petroselinum,*

*Folia mellisse, ann. lb. semis,*

& permisce cum albo vino aromatico &  
 subtili, & pone ad solem per quatuor dies  
 vsq; ad sextam horam diei.

Cum autem volueris hac cælesti medi-  
 cina uti, da pro dosi drag. i. & semis, frene-  
 ticus, lunaticis, calculosis, stranguriosis, in  
 ictu oculi liberat ita ut incontinenti lapi-  
 dem mingant: hoc vero per quatuor dies  
 bis reiterabit:

Item si vixeris faciem tuam cum pingue-  
 dine auis, & post de prædicta confectio-  
 ne vultum roraueris, videbis demones de  
 spiritualia vsque ad horam quartam diei.

### QVINTA HERBA,

*Peonia.*



**P**eoniam est herba pluribus nota.  
 Collige huius herbæ radicem tā-  
 tummodo libras 2. in mense  
 februario hora diei secunda &

con-

contunde diu cum pala, & pone in ollam argenteam cum lb. duas mellis & lb. i. vini optimi albi clari aromatici, & sint quinque forain in ain cooperculo ollæ, & pone per quinque dies ad solem & repone & vtere hoc diuino antidoto.

Huius 3. 1. exhibita quinta hora diei, liberabit incontinenti epilepticum inueteratum & desperatum, vt postquam gustauerit in perpetuum sanus fiat & viuat ab ipsa passione immunis.

Item dosis eius 3. 4. exhibita eadem hora morsum à rabide cane & omnē hydroferbiam curat, quod est diuinū & admirabile, sed caueat medicus dans potū ne infirmus videat aerem clarum, sed disponatur in domo tenebrosa, donec liberatus sit.

Item dosis eius 3. 2. eadem hora exhibita quartanarios sanat perfectè addito cum sanguine azini, calido instillato ad pondus dragmæ vnius.

Item dosis eius 3. 1. & semis cum lacte mulieris eadem hora exhibita, priapismū, gomorream & satiriasin ilico sanat & omnem serpiginem & inpetigineni, morpheam & tineam & homini dispositiones, quæ sunt præambula lepræ perfectè curat.

Item dosis 3. 4. & s. exhibita eadem hora cum vrina mulæ, in conceptuū & sterilem reddit in perpetuum. C 4 Item



Item dosis eius dragmas tres, cum coagulo mustelę & sanguine passeris & sanguine columbi masculi eadem hora exhibita conceptiuum est, sed oportet vt sumatur statim post menstrua.

Item dosis eius dragmas. 2. eadem hora exhibita cum sanguine Ciconiæ auis in infatı curat podagram, ciragram & omnem dolorem articulorum, & mirabiliter excellit super artheticam.

Item dosis eius 3. 2. & s. cum sanguine leporis & farina hordei, in quantitate 3. 1. & s. ptificos curat & dæmoniacos.

Item dosis eius 3. 6. eadem hora exhibita cum sanguine apri & cū sanguine aquilæ auis masculi facit statim dormire & videre futura in somnis & reuelare thesauros, & omnem malignum spiritum effugat.

Alexander autem magnus hac potione vsus, multa in somnis vidit mirabilia de his quę sibi acciderunt, & dicitur quod regina Amazonum dedit sibi pro munere precioso.

Item dosis 3. 1. & semis sumpta cum vino malorum granatorum eadem hora exhibita cum vino 3. 2. & s. omnem febrem interpollatam amputat.

Item dosis eius 3. 1. cum cerebro gallinę puerorum eadem hora exhibita gingiuarum

podra

2

omnia

rum pruritus & dolorem propter dentes nascentes ilico sanat.

Item dosis eius ʒ. ʒ. tantundem balsami & succo squillæ marinæ eadem hora exhibita curat incontinenti omnem vomitum, appetitum ablatum restituit, mirè, virtuosè, & citò.

Item dosis eius cum succo borraginis ad pondus ʒ. ʒ. & f. & hinc natura auri ʒ. ʒ. omnem melancholiam & tristitiam abstergit, animū innouat & in momento lætificat.

Item dosis eius ʒ. ʒ. & f. cum sanguine anferis calido instillato ʒ. ʒ. incontinenti liberat mulierem in partu laborantem & spermæ etiam inducit.

Item dosis eius ʒ. ʒ. eadem hora exhibita cum sanguine vespertilionis ad pondus ʒ. ʒ. visum mirabiliter acuit, & statim postquam biberit de nocte, ita quam sit in die videbit.

Iterum dosis ad pondus ʒ. ʒ. cum sanguine taxonis ʒ. ʒ. eadem hora exhibita incontinenti curat antraces ab omni apostemate venenoso, vt bubone, &c.

Item dosis eius ʒ. ʒ. & f. cum puluere ligno aloes & succo vrticæ incontinenti colericos à colerica passione liberat & ab omni tussi inueterata.

Iterum dosis ʒ. ʒ. cum castoreo ʒ. ʒ. & sanguine

42 RAYMUNDI EVLLII  
guine passeris dragmas 2. mirabilem ere-  
ctionem facit & coitum multiplicat.

Item dosis eius ʒ. ʒ. & ꝑ. cum succo lactuce  
& camphoræ ʒ. i. exhibita eadem hora ca-  
sum incontinenti facit, & si continuetur  
multum iuuat.

Item dosis eius ʒ. 2. & ꝑ. cum sanguine  
cerui instillato ʒ. i. eadem hora exhibita,  
liberat omnem fistulam in ipsa hora & cá-  
crum & mundat vulnera cancrōsa & sanio-  
sa, ita vt tota corruptio ilico cadat substan-  
tia membri quod diuinum est.

Item dosis eius ʒ. i. & ꝑ. cum sanguine cer-  
ui vpupæ & talpæ añ. ʒ. i. eadem hora exhi-  
bita, caducos statim liberat: & postquam  
fuerint liberati se à vino abstineant, prædi-  
cunt futura & habent spiritum propheticū  
per tres aut quatuor dies ad minus. hoc  
certum.

Item dosis eius ʒ. i. cum sanguine vultu-  
ris ʒ. 2. eadem hora exhibita muliebrem e-  
ducit eadem die.

### SEXTA HERBA,

*Satirion.*

**S**atirion herba est pluribus nota, huius  
radicis collectæ ad pondus lib. 4. die  
20 mensis Ianuarij, contunde fortiter  
& massam contusam pone in ollam de au-  
richalcum habente in cooperulo 20 for-  
mina

mina minuta sicut athomi, & pone intus cū prædicta massa lactis vaccini calidi sicut mulgetur de vacca lb. 3. & mellis libram I. vini aromatici lb. 2. & repone per dies 20. ad solem & conserua & vtere.

Istius itaq; dosis ad pondus 3. 4. & hora diei decima exhibita mulieri post ipsius menstrua eadem nocte cōcipiet si vir cum ea agat:

Item si volueris vt proculdubie masculum concipiat, præpara mulierem sic.

*Recipe Succum Arthimesia lb. 1. & de felle Tauri lib. f.*

distempera & misce cum hac confectione tepidalana & funde, de qua sibi supponatur mulier formas longas ad modum virgē virilis & in coniungendo crura interius emergat, & hoc facto bis vel ter bibat de prædicta potione, & secunda nocte concipiet si vir cum ea coëat, quod diuinum est & ineffabile conceptum.

Item dosis eius 3. 5. & f. cum sanguine passeris eadem hora exhibita venerem mouet ultra modum, ita quod semper possit & optet coire quæ inde gustauerint, destruet autem si in eadem potione succi lactuæ li. f. & camphoræ 3. 2. miscueris.

Iterum dosis eius 3. 7. & f. cum sanguine coruicis ad pondus 3. 2. eadem liberat ab incantatione ligatum. Iterum

44 RAYMVNDI LVLLII

Iterum dosis eius 3. 2. & s. cum sanguine vulpis 3. 1. eadem hora exhibitā in momento sciaticam curat ita, quod constructi re-ctificentur eadem die.

Item dosis eius 3. 1. & s. cum sanguine capræ eadem die exhibitā in instanti liberat omnem fluxum ventris & sanguinis, quod diuinum est.

Item dosis eius 3. 6. cum sanguine leonis vel catti 3. 1. eadem hora exhibitā in instanti à febre quartana liberat, sed caue ne quartanarius sit multum macilentus.

Item dosis eius 3. 3. cum sanguine antipitris antiqui 3. 1. eadem hora exhibitā ligat potestates.

SEPTIMA HERBA

*Salvia.*

**S**alvia est herba omnibus nota & diuina. Collige huius herbę mense decembris foliorum lib. 1. die 20. contunde & totum contusum pone in ollam habentem desuper 20. foramina minutissima in cooperulo, & appone

*Balsami libram vnā,*

*Mellis libras duas,*

*Vini optimi lb. 3.*

*Succifoliorum borraginis lb. 2.*

*Plantaginis lb. vnā & s.*

& pone ꝑ 20. dies ad solē & repone & vtere,

**Istius**

SECRETORVM LIB. II. 45

Istius itaq; dosis ʒ. i. & s. 20 die. exhibita ieiunio stomacho illæsum seruat potantem ab omni specie febrium per 20. annos si tantum vixerit.

Iterum dosis eius ʒ. 2. cum hinatura cornu ceruini ʒ. s. si eadem hora exhibita fuerit, statim dentium intollerabilem spleneticum & pleureticum sanitatem reddit.

Item dosis eius ad pondus ʒ. s. cum puluere sinamomi & masticis ad pondus ʒ. 2. statim omnem vomitum sedat.

Item dosis eius ad pondus ʒ. s. cum puluere ligni aloes & cubearum añ. ʒ. i. & s. statim singultum & conspiria & omnem difficultatem anhelitus sanat & defendit.

Item dosis eius ad pondus ʒ. 20. cum sanguine aquilæ masculi, & eadem hora cum ʒ. i. exhibita incontînti reddit hominem effabilem, arduam cogitationem, ita quod in eius præsentia trepidabunt omnia volatilia, domestica, & syluestria & capiet ea & obedient ei & habebit actus magnos & fiet homo in consilio prouidus, negotia tractabit ardua, & vocabitur à regibus & principibus, eritq; in gratia confirmatus.

Si voluerit contra hostes egredi, ter bibat cum prædictis sanguinem leonis ʒ. i. & si non inuenit sanguinem leonis, ponat loco eius sanguinem vrsi.

Iterum

**RAIMVNDI LVLLII**

Iterum dosis 3. 4. & s. cum sanguine equino 3. 2. exhibita facit hominem fortem, siue sit in agone duelli, siue in itineribus, & præseruat ab ossium fractura & stomachi & collirias per anũ purgat siue hemorroydes.

Iterum dosis eius 3. 5. cum sanguine testudinis & sanguine agni annualis ad pondus 3. 2. & s. exhibita ptificis & consumptos impingat eadẽ hora, & illos qui desperati sunt. quod diuinum est & mirabile opus.

Item dosis eius 3. s. cum sanguine

*Turturis*

*Accipitris & sanguine*

*Catuli, & sanguine*

*Coturnicis ana 3. 1.*

eadem hora exhibita potet, & potans inter homines inuisibilis conuersabitur, & audiet quid voluerit, scilicet consilia & verba eorum.

Et sanguis si apposuerit ranæ pluuiialis cum sanguine canis portabitur in aere, & cum sanguine vpupæ de loco ad locum in momento de vno climate ad aliud clima quod possit eodem die ire Romam vel ultra mare, & sic per singula loca discurrere sine læsione. Tanta est ergo in eo leuitas facta totius organi per virtutem prædictæ compositionis.

Serua ergo hoc munus excellentissimum

à Deo

à Deo diuinitus datum de secretis Kyranidarum volumen, in quo studebis & proficies inueniendo finem laudabilem.

DE MORBO CRONICO

*sequens solem.*

**E**X alio quia morbus est cronicus sequens solem, ideo non curatur nisi circa solstia, elige rationem quamuis. Si vis hunc morbum curare in breui spatio, vtere sola quinta essentia cum rebus quæ dicentur. Jam dixi tibi quod quinta essentia humores superfluos consumit & naturam reducit ad æqualitatem & inducit lætitiã & fugat tristitiã, ideo fugat à tota specie melancoliam.

Ideo remota causa remouetur effectus. Sed vt citius fiat. R. quintam essentiam vel aquam ardentem, infra quam pono medullæ ebuli albi, & si vales habere de illa aqua da patiẽti manè & sero duas nucas plenas pro certo curabitur si continuabis, & licet hoc sit verissimum experimentum & conueniens, tum regulam generalem habebis.

R. res purgantes melancoliam in modica quantitate & pone in aqua ardente & vtere ea prudenter & modicum recipiendo vt paulatiue digeratur materia & paulatiue euacuetur, quia melius est paulatim agere



agere quam subito grauare: dicunt quidam  
valere

*Tyriacam cum aqua decoctionis geniana,*

*Mirratum vinum,*

*Camedreos,*

*Vinum decoctum,*

*Dyacalamentum cum aqua,*

*Absinthij,*

*Dyatrion piperon,*

eius vsus valet.

Dixerunt Philosophi, quod dens abstractus ab animali viuo & portatus liberat à quartana.

Quidam dicunt quod succo herbæ, quæ dicitur morsus gallinæ rubæ ponantur in manibus, patientem quartanam quum incipit pati exinde curabitur, si Deus, voluerit.

*REMEDIVM, QVÆ CON-*  
*tra impedimenta medicina & contra pericula*  
*quæ à medicis, qui administrant medicinas con-*  
*tingunt, id est contra nocumēta quæ à me-*  
*dicis inferuntur in corpus*  
*humanum.*



**A**B origine mundi vniuersa naturaliter philosophorum multitudine grauissimo labore indagare non desunt circa medicinas laxatiuas

tiuas inuenire. Nam primo vt non faciant  
 casum virtutis, secundo vt non interfici-  
 ant, tertio vt cum fuerit necesse efficaci-  
 ter & sine periculo in remotis partibus a-  
 gant, & ab eis potenter humores corruptos  
 abducant. Et nunquam hæc tria inuenire  
 potuerunt perfecte, quin omnis euacuatio  
 habeat ad oculum casum, virtutis debilita-  
 tionem, corporis læsionem habens anne-  
 xum. Et nūquam sic certa mensura potuit  
 inueniri, quæ æquo pondere possit omni-  
 bus administrare, quia corpora non reci-  
 piūt æqualiter dosim iurarum & solidum  
 & condensum, & ideo accidit frequenter  
 quod in quibusdam ministratur salubri-  
 ter ad salutem, alijs letaliter propinetur  
 ad mortem. Et fit aliquando, vt quia me-  
 dicinæ laxatiuæ plures sunt venenosæ, &  
 lædunt ex vna parte & sanent ex alia parte.  
 Et inter solemnes medicinās summi phi-  
 losophi laudauerunt aloë, eo quod minus  
 videtur facere casum virtutis & membra  
 confortare, cuius rationem probo per Io-  
 hannem Mesuë in libro suo de simplicibus  
 medicinis solutiuis & benedictis, ibi eui-  
 denter testatur. Sed summus Deus omni-  
 potens creauit quintam essentiam aque ar-  
 dentis per vas circulationis summe recti-  
 ficatam, quæ vna cum quinta essentia san-

D

guinis

guinis humani, ac etiam cuius quinta essentia auri & perlarum, omnes humores equat & interficit omnes febres cum admixtione rerum, quæ corruptos humores purgât, si fuerit necesse, vt aliquando misceatur ratione horribilis fortitudinis morbi dū caute & prudenter fiant omnia supra dicta in conuenientia vitæ Nam quia quinta essentia & etiam aqua ardens, si quinta essentia haberi non possit, conseruat naturam & eam augmentat, & casum virtutis fieri non permittit. Et quia ipsa influit vitam interfectioni medicinarum etiam conducit: dum tamen laxatiua modeste ministrêtur cum ea, sicut inferius docetur: Et quia omnibus nobiles mobilior & penetrabilior cum omnes medicinas secū ducit maxime ad membra longinqua & profunda & ab eis in locis remotis humores nocuos educit: Et est aliud quod medici nunquam potuerunt vitare in administratione medicinarum laxatiuarum, vt nonnunquam expellatur per vomitum & perdatur iuuamentum & sanitatis beneficium & labor ministrâtiū. Sed hoc per quintam essentiam euitatur vel per aquam ardentem. Nam quia sola quinta essentia rerum laxatiuarum in nostra quinta essentia vel aqua ardentis specialiter ministratur, nulla nau-  
sea


## SECRETORVM LIB. II. ✱

fea in stomacho generatur, ad quod speciale assumitur, quod exinde euacuetur, possibile tum fiet vt humores corrupti cōgregati in stomacho euacuent, & hoc per vomitum. Contingit autem hoc quod multæ ex medicinis habent venenū & per ipsum leduntur aliquando, quia cum aqua ardente & quinta essentia veneno repugnant & non permittunt, vt ex venenis eorum patiuntur nam aliquod detrimentum. Nunc ultra volo dare remedia contra pericula quæ possent accidere in ministracione medicinarum laxatiuarum cum quinta essentia vel aqua ardente, iam enim docet secundus liber, quæ medicinæ laxatiuæ multum citius agunt cum quinta essentia vel aqua ardente, quam agerent sine ea. Sed cum hoc sit verissimum iam patet, quod quantitas assignata, ab vnoquoq; accipiendo sine damno mortis à summis medicis si illa administrantur cum aqua ardente, hominem interficeret, quia de duplo plus ageret quam per se medicina, vt mihi firmiter credas, dabo tibi exemplum. Infirmabar grauiter in pectore ex abundantia humorum viscosorum, & feci fieri pillulas de terapiga & de euforbio minutas ad modum cicorum, & tres pillulas tum posui in aqua ardente, quas infra cum digito contriui

quam aquam accepi tarda hora, forte in fine tertiz horæ noctis, & nutu Dei operata est medicina post medium noctis miraculose decem vicibus ante diem, post vero quiete dormiui. Et vere surrexi sanus lætus & non debilitatus nec in visu nec in membris. Considerent ergo perfecti medici, quod si decem ex dictis pillulis recepissem sine aqua ardente, non in tantum operati fuissent quatum solum tres pillule, & hoc solum ex auxilio aque ardentis. Est ergo cautela exhibenda, vt prudens medicus cum aqua ardente vnâ tantum pillulam cum aqua ardente patienti ministrat, & probat quantum vna agit, deinde tres donec sine periculo accidit experimētum medicinz pariter & personæ sanādo, quomodo & quantum medicina agit in talem personam puta condensam quam rarum, aliter autem nunquam potest dari regula generalis & qualiter potest dari omni personæ de quacunque medicina & in hoc apparet quanta vtilitas est, medicinam recipere cum quinta essentia vel aqua ardente, quia non debilat naturam, neq; visum, neque interficit, si prudenter probaueris virtutem educit de remotis partibus, præseruat à veneno medicinarum & vomitu, neque partem venenosorum recipit & veraciter corpus sanat. Voco

Voco istud capitulum clauem artis sine cuius clato intellectu istum librum nõ nigrediaris dando medicinas laxatiuas præsumendo.

*REMEDIUM CONTRA  
febrem continuam & magisterium  
in cura eius.*

 Mnes vere philosophi decreuerunt febrem continuam generari ex putrefactione sanguinis, & generatione humorum in eo. Igitur cura eius est sanguinem purgare & totam corruptionem eius remouere, & humores inordinatos inæquales equare, materiam lapsam reparare & reparatam conseruare. Sed hæc omnia operatur & perfecte complet quinta essentia, ergo ipsa est aqua quæ perfecte ipsam continuam aufert. Experimentum ad oculum docet, quod aqua aut emittit à sanguine humores aquosos & corruptos. Et si carnes mortuas à putrefactione præseruat, multo magis sanguinẽ corporis viui & animati à putrefactione præseruabit. Sed aqua ardens principaliter ab ardore & quatuor elementis deputata non est, ideo non consulitur in febre continua curanda eius, vsus sed vsus quintæ essentię cum fuerit rectificata, neq; est calida neque

frigida, nec humida neque sicca sicut sunt  
 quatuor elementa ipsa plene & secure fa-  
 nat febrem continuam maxime cum quin-  
 ta essentia auri & per larum. Quam si vis  
 recte curare habeas, quintam essentiam  
 sanguinis humani summe rectificatam se-  
 cūdam doctrinam quam inuenies, ipsa est  
 quæ febrem perfectissime curat nō solum  
 bibita, sed etiam si cū ea tempora & vtraq;  
 venas pulsatiles in corpore inungantur. Si  
 ergo istas duas quintam essentiam inun-  
 gas, veram medicinam habebis, quod si  
 vis curam eius augere, pone in quintam ef-  
 sentiam eius

*Cassiam fistulam,*

*Tamarindi,*

*Diaprunis,*

& ea quæ ponuntur in tabula physicom  
 de laxatiuis & confortatiuis sanguinem,  
 semper in proportione prudenti, & habe-  
 bis intentum tuum in cura febris cōtinuæ.  
 Quod si alij humores peccant in sanguine,  
 appone ex tabulis physicom quintas ef-  
 sentias eorum quæ conueniunt in cura, &  
 proficiet cura si Deus voluerit, pone igitur  
 in corde tuo quæ dicta sunt & non deficiēs  
 si prudenter egeris, secundum regulas tra-  
 ditas, tam in primo quam in secundo li-  
 bro.

RE.

SECRETORVM LIB. II. 55  
REMEDIVM CONTRA FEBREM  
tertianam, & magisterium  
in cura eius.

**R**ecipe quintam essentiam vel aquam ardentem, & in ea ponas medicum rebarbari vel aloës, citotriini seu alias medicinas ex tabulis physicom coleram rubeam purgantes & bonam quantitatem endiuia & scariole, & mane & sero de ista aqua vtatur præcedente prius vomitu & subsequētib; elixaturis, tunc cito apparebit cura.

CONTRA QVOTIDIANAM  
febrem.

**R**ecipe quintam essentiam & modicum de Euforbio, & cum quinta essentia solis & perlarum, & ex alia parte quintæ essentiæ sanguinis humani summe rectificatam iuxta regulas semper sapientum medicorum, ebuli vel sambuci aut turbith vel aliud illorū quod flegma purgat & vtere sero & mane.

CONTRA ACVTAS  
febres.

**E**T quia expedit in ingressione vniuersa medicinæ tam verba quam opera prædicare prudēter & quia aqua  
D 4 ardens



ardens ascendit ad caput & libenter inebriat. Cum igitur febris acuta specialiter vigeat in capitis regione excluditur à magisterio cura febris acutæ. Est ergo necesse habere nostram quintam essentiam summe rectificatam & cum quinta essentia solis & perlarum & ex alia parte quintæ essentia sanguinis humani summe rectificatam, hac vtere in nomine domini nostri Iesu Christi mittendo sextam partem quintæ essentia nostræ supradictæ quintæ essentia appone

*Aquarum Rosarum,*

*Violarum,*

*Borraginis,*

*Lactuca,*

& habebis perfectionem cælestem & medicinam in vera cura eius. Et cum febris acuta generatur communiter ex violentissimo calore adusto & sanguine adusto & colera nigra adusta, aliquando ex vno, aliquando ex duobus, aliquando similiter ex tribus. Et secundum hoc est quod febris acuta est in gradu positivo, comparativo & superlativo & sapientissimis ita repertum est, quod febris ex nimia abundantia colerae rubrae & putrefactione eius oriri à sapientibus probata est & si eam subito curare volueris omnibus pondera tantum quintam essentiam

sentiam sanguinis humani, quia à tota proprietate & specie adustionis repugnat cum parte sexta quintæ essentiæ nostræ patienti dabis, & curabitur cito opere Dei. cum autem videbis patientem conualescere, partim modicum pone in quinta essentia sanguinis humani, quintam partem de quinta essentia nostra, & postea in ampliori conualescentia quartam partem, deinde tertiam, postea diminuēdo; deinde minus de quinta essentia sanguinis donec totaliter vtatur nostræ quintæ essentiæ superius explicata. Et quia febris acuta habet communiter annexam alterationem sensus & aperitionem rerum fantasticarum ibi perpendentes qui humores adusti sunt qui febrim causant, nam si patiens dicat se videre res, nigras tunc colera nigra est adusta. Si res rubeas & effusionem sanguinis, tunc sanguis sine dubio est adustus. Et si aliquādo loquitur de tribus his, omnes hi tres peccant.

*AD CURANDVM FRE-*

*nesim & stultitiam, & eius furor-  
rem vel saltē ad miti-  
gandum.*

*Re vnguenti Populeonis ℥. 3.*

*Aceri albi ℥. 5.*

*Rutæ domestica contritam. a.j. 1.*

D 5

misce

miscum prædictis, & line circa tempora patientem & appone ad nares, soluit ex aquis philosophorum addito modico camphoræ & spongia immersa applice naribus & hoc medicamine curant sine dubio cito frenesim & aparitiones fantasticas & lunationes sensuum & notitiam reddet & facit quiescere, serua hoc & perseuera, & iuuabit.

### REMEDIVM CONTRA

*febres & terminum enutricorum, & cura eorum  
simul.*



Vra verissima est, vt misceas nostram quintam essentiam supra dictam mediatam cum quinta essentia sanguinis humani, & cum quinta essentia auri & perlarum, & cum quinta essentia rerum purgantium humores peccantes, & hac dosi cito & miraculose vniuersi enutricei sine dubio curabuntur.

### REMEDIVM CONTRA

*febres Pestilenciales.*

**S**ciendum est quod homines multipliciter possunt mori. Vno modo in termino nobis constituto à Deo morte naturali quam non possumus aliquo ingenio præterire. Alio modo morte violento,

&

& istis duobus modis medicina est frustra. Alio modo occasualiter circa terminum à Deo nobis constitutum, vt ex nimia repletionē, aut abstinentia vel desperatione vel negligentia vitandi mortis periculum se occidunt. Si ergo de peste, dico per regulā generalem quod siue emittet pestem ex influxu saturni sicut lepra, reuma, pthisis, cōsumptio corporis, passio oculorum, & omnia quæ etiam pestilentialem furorem & malitiam in homine cōtingunt, siue ex influentia martis, vt est febris pestilentialis cum sputo sanguinis, apostema sub diagma- te cor suffocandum pustulæ sub ascellis seu in inguine quæ sunt sicut antacres siue carbunculus, siue ignis sacer & similia. Siue ex influentia mercurij vt maleficia vt sunt bubones in supercilijs sub ascellis in barba, in pectore. Siue à luna maleficiata, vt sunt epilepsia, somnia horribilia quæ faciunt homines indispositos. Siue aliæ pestes quæ per influentiam missi sunt à Deo, quæ perfectæ curantur & vitantur cum nostra quinta essentia & vniuersalia pericula vitantur, & si quid vtendi de his aduenerit, nihil sibi nocebit Deo dante. In febre ergo pestilentiali & omnibus arboribus, nigredinibus, vt vlturis cum quinta essentia, medietatē quintæ essentię sanguinis humani,

*Buglossa*

60 RAYMVNDI LVLLII

*Buglossa,*  
*Acetosa, & modicum*  
*Aloës Epatici,*  
*Ierepigia,*  
*& in quinta essentia,*  
*Radices Lilij,*  
*Auri,*  
*Perlarum,*  
*Capillis veneris,*  
*Hyssopi,*

hæc omnia in talibus febribus & apostematibus cōtradicunt. Expedi enim vt cū prædictis quinta essentia sint laxatiua, & tantum qualibet die recipiatur semel in die naturali, ter in septimana vt hominem ducat in materiam liquidam, & omni die accipe ouum plenum aquæ ardentis, & quater vel sex vicibus in die nucem gallicam, & corruptio aëris sine dubio non nocebit. Et vtatur his quæ physici in suis libris habent, quæ misceri debêt cum quinta essentia vel aquæ ardentis, sed parce & moderate ponatur. Et ter in die cum

*Thure,*  
*Mirra,*  
*Resina,*  
*Ligno aloës,*  
*Terebintina,*  
*Rutha,*

& cum Storace

Calamita,

& similibus fumigentur. Et hæc est cura  
perfecta pestium iam dictarum.

REMEDIVM CONTRA

Spasmm, qui generat Fe-  
bres, &c.

Sapientissimi phisici affirmarunt sanum  
esse nasci febres in spasmo & dixerunt  
experti, quod si de succo flammulæ fri-  
ces omnes arterias, continuo febricitabit  
patiens, & sic temperatur malitia spasmi, &  
quia spasmus communiter secundum sapi-  
entes venit ex debilitatione neruorum, si-  
cut patet in elleboro & alijs fortissimis  
medicinis sumptis, nihil efficacius  
sedat spasmm quam nobi-  
lissima quinta essentia vel  
aqua ardens in dese-  
ctu eius.

**LIBER TERTIVS**  
**MAGISTRI RAYMVN.**  
**DI LVLLII, QVI INTITV.**  
**LATVR ARS OPE-**  
**RATIVA.**

**S**Vmme necessarium est, quod antequã propines aliquã medicinarum sequentium, oportet te pura mente & deuote flexis genibus oculis in cælum eleuatis ter orationem sequentem dicere ad honorem sancte & indiuiduæ trinitatis ad hoc vt medicina tua meliorem effectum inducat & tutiori modo infirmum à languore defendet, & ad debitam sanitatem patientem virtuose deducat.

*ORATIO MEDICORVM.*

**D**omine Iesu Christe qui es vera salus omnium, domine tu es ille qui omnia in bonitate & sapientia tua creasti bona valde, vnde domine sine te nihil scio boni esse in seculo, quare maiestatem tuam suppliciter adoro, quia scio & credo firmiter nil bonum esse absq; tua bonitate, nec magnum absq; tua magnitudine, nec durans absq; tua duratione, nec potens sine tua potestate, nec sapiens sine tua sapientia, nec diligens sine tuo amore, nec virtuosum sine tua virtute,  
nec

SECRETORVM LIB. III. 61

nec verū sine tua veritate, nec gloriosum sine tua gloria nec iustum sine tua iustitia, scio etiam quod tu mirabiliter hominem creasti & mirabiliter hominem formasti, qui dedisti medicinam ad recuperandum sanitatem humanorum corporum, dabe-  
 nedictionem tuam isti medicinæ, vt omnes virtutes quas à principio posuisti in ea, ad finem optatū perducatur, vt in corpore in quo introierit sanitatem mētis & corporis mereatur. Per eundē dominū Iesū Christū.

Hæc sunt verba quæ retulit quidam senex & illa inuenta fuerunt in libro philosophorum quæ fuerunt extracta de libris secretorum Hermetis, & sunt verba Aquæ vitæ. Cum opus tanquam optimo omne constat esse indiuiduum relegantem, ideo ipse Deus voluit creaturam quæ est homo à Deo creata ab anima rationali insignauit, & omnia sub pedibus eius esse constituit, iuxta vaticinium propheta: Omnia subiecisti sub pedibus eius, &c. de quo theologus, homo est creaturarum creatura dignissima. Et aristoteles in libro de animalibus, homo est indignissimum animalium, & in libro de cælo & mundo. Totum posse cæli & terræ est in hominem, & licet homo his sit insignitus virtutibus cum terrenum sit ex contrarijs compositus elementis



tis ad inuicem agētibus & patientibus ideo est corruptibilis & multis incommodis & infirmitatibus compellitur subiacere, vnde non est mirandum de hoc quod est in anima & in omnibus possibilis, quia ex materia terrena compositus est, ideo habet contraria cum sit medius inter omnia contraria & quia omne medium ad alterum extremum comparatum sit reliquum, ideo infinita contraria habet ipse homo: vnde ei duxit omnia bonitas in consulendo & ei distribuit medicinam quam vt dicit sapiens, sapientia de terra &c. Et vt dicit Auicenna, Medicina est scientia per quam dispositio hominis cognoscitur & aliorum data est medicina ad conseruandum & recuperandum, vnde sicut medicina conseruat sanitatem habitam & remissam recuperat ita, quę vitę habet sanitatem conseruare & amissam recuperare, & appellatur aqua vitę à phisicis. i. recta medicina & salutifera. Quidam utebantur aquę vitę ante cibum & post cibum, vnde qui vtitur ea non videbit in corpore suo aliquam infirmitatem quę non sit facilis ad curandum, & qui ea vtitur sicut debet, non morietur aliqua ægitudine, præterquã de illa quam natura ministrat.

**A**qua vero ista ornatur pluribus  
 laudibus & virtutibus, & est, vt  
 quidam dicunt, calida & sicca,  
 quidam vero dicunt quod nõ est  
 calida nec sicca, neq; frigida neq; humida, &  
 tamen has vires continet. Alij dicunt quod  
 est vna vis aliena quæ ex quatuor elemen-  
 tis distinguitur, & nõ est elementum, nam  
 materia de qua extrahitur dicta aqua, post  
 eius separationem ab ea remouentur qua-  
 tuor elementa prædicta, quod potest videri  
 per eius separationem & eius distillationem  
 vnus ab altero nisi occupetur manus  
 artificis error. Et scias quod ista aqua ar-  
 det vt candela, nam si intingatur in ea pan-  
 nus vel papyrus ardebit sine lesione sub-  
 stantię, imo videbitur ardere & non ardet.  
 Ista aqua sapit contra omnes odores vt vi-  
 debitur per experimentum. Et scias quod  
 ista aqua dat nutrimentum corpori, cordi  
 & sanitatem reddit & custodit, si accipia-  
 tur secundum quod oportet, & quantum  
 natura valebit sustinere, digestibilem vir-  
 tutem confortat, & non solum in stoma-  
 cho. sed etiam in hepate: Et dicit quidam  
 Philosophus, quod nulla medicina inueni-  
 tur, quæ adeo sit caloris naturalis confor-

tatiua & augmentatiua prout est aqua ardens aut vitæ propter familiaritatem conformitatem quod habet cum natura. Et quia est conueniens humanis corporibus, & eius calor est similis calori naturali, ideo cito conuertitur in naturalem & mundifimum calorem & sanguinem: Item non solum virtutem & calorem naturalem confortat, imo etiam turbidum clarificat sanguinem, & aditus totius corporis & mēbra corroborat, & non solum sua bonitas agit in corpore, sed etiam in anima operatur & membra, maxime vera orificia aperit & mundificat hepatis opilationem, auferit tenebrosas fumositates & tristitiam generatam in corpore expellit totiusque corporis, facit obliuisci tristitiam & angustiam, inducit letitiam & confortat eam ad inuestigandum subtilem & difficilem rem difficultatem & reddit fortitudinem & audaciam, non dimittit sentire dolorem & laborem.

Et scias quod triplex est aqua vitæ, prima simplex, secunda composita, tertia perfectissima.

Simplex, quæ sine admixtione vini vel alicuius rei simpliciter de vino elicitur, ita simpliciter sine admixtione vini vel alicuius rei debet sumi.

Com.

Composita est, quæ sic componitur.

℞ Radicum fenculi,  
 Petrosilini  
 Brusci,  
 Speragi,  
 Raphani,  
 Mily solis,  
 Radicum saxifragia,  
 Petrosilino Macedo-  
 Iringorum, (nico,  
 Endiuia,  
 Scariola,  
 Capillis veneris,

} aña partes duas.

terenda terantur ista simul permisceantur  
 & in distillatorio ponantur, & in igne len-  
 to distillentur.

Alia compositio.

℞. Gariophylorum,  
 Nucis muscata,  
 Macis,  
 Deronici Romani,  
 Zedoaria,  
 Galanga,  
 Piperis longi,  
 Corticum citri,  
 Saluia,  
 Sansucci,  
 Amoes.

Spicnardi,  
 Ligni Aloës,  
 Cubebarum,  
 Cardamomi,  
 Cinamomi,  
 Amomi,  
 Menta,  
 Lauendula,  
 Pulegij,  
 Origani,  
 Calamenti,  
 Calami Aromatici,  
 Sticados vtriusq.,  
 Camedreos,  
 Camepitheos,  
 Musci modicum,

} aña partes æquales  
 (aut inæquales.

quæ sunt terenda, terantur & in distillato-  
 rio distillentur.

Alia compositio facta.

℞ residuum aquæ vitæ,  
 Camphoræ,  
 Zaccricandi,  
 Rosarum ambarum,  
 Papaueris albi & nigri,  
 Lactuca,  
 Cicorææ,  
 Portulacæ,  
 Solatri,  
 Capilli veneris,  
 Flores violarum,

Cimbala.

*Cimbalaria,*  
*Rostri porcini,*  
*Semper viua,*  
*Vermicularis,*  
*Carduncelli,*  
*Foliorum Celsi,*

terenda terantur, & in alembico distillentur.

Elixir vitæ quæ est aqua Cælestis.

*Rx. Gariophilorum,*  
*Nucis muscati,*  
*Zinziberis,*  
*Macis,*  
*Zedoaria,*  
*Galanga,*  
*Piperis longi,*  
*Piperis rotundi,*  
*Iuniperi,*  
*Corticum Cipri,*  
*Corticum Arancearum,*  
*Florium Saluie,*  
*Basiliconis,*  
*Gariophilati,*  
*Rorismarini,*  
*Mentæ rubæ,*  
*Maiorana,*  
*Baccarum Lauri,*  
*Pulegij,*  
*Genciana,*

Calamenti,  
 Florum Sambuci,  
 Rosarum ambarum,  
 Spica,  
 Ligni Aloës,  
 Cubebarum,  
 Cardamomi,  
 Calami aromatici,  
 Cinamomi,  
 Sticados Arabici,  
 Camedreos,  
 Camepuheos.  
 Gal: amuscata,  
 Masticis,  
 Thamarisci,  
 Aloës epatici,  
 Seminis anisi, &  
 Arthimesi.e,  
 Aneri & foliorum eius,  
 se: Basilicomis,  
 Ficum pinguium,  
 Passullarum,  
 Dactylorum enucleatorum, } añã ʒ. j.  
 Amigdalorum dulcium,  
 Pinearum mundatarum, }  
 Mellis albi. ʒ 6.  
 Zuccari albi lb. 2. & s. quod est adduplum,  
 omnium predictarum rerum  
 Aqua vitæ libras 12.

fiat

fiat tali modo, terantur subtiliter quæ sunt terenda, & ponantur omnia in aqua prædicta vitæ præter Zuccarum, quod ponatur in 4. lb. aquæ vitæ prædictæ & dimittantur sic aliquibus diebus stare vt possit resolui, & sic distilletur, in balneo mariæ bene clauso, valet iuncturis & alijs membris Zuccaro addito, & quamlibet distillationem reserua per se.

*PERFECTISSIMA*

℞ *Euforbij,                    sic fit.*  
*Bdellij,*  
*Scrapini,*  
*Oppoponacis,*  
*Piretri corticum,*  
*Radicum capparis,*  
*Piretri,*  
*Squinanti,*  
*Spodij.*  
*Piperis longi & nigri & albi,*  
*Cubearum,*  
*Castorei,*  
*Bedoaria ana partem 1.*  
*Cro. i,*  
*Ossa de corde cerui ana artem s.*  
*Ambra grisæ,*  
*Musti fini ana grana septem.*  
 & accipe omnia antedicta in aquis antedictis, & igne lento distillantur.



Vel sic.

**R** Camphoram alba,  
 Candi,  
 Salvia,  
 Mentha,  
 Hyssopi,  
 Siccados Arabici,  
 Picis græcæ,  
 Picis naualis,  
 Terbentina,  
 Olei oliuarum,  
 Salis nitri,  
 Salis communis,  
 Masticis,  
 Mellis albi,  
 Euforbij,  
 Bedellij,  
 Serapini,  
 Oppoponacis,  
 Firetri,  
 Capparis,  
 Squinanti,  
 Spodij,  
 Piperis longi, nigri, & albi,  
 Cubebærum,  
 Castorei,  
 Zedoaria ann. partem vnans,  
 Musti boni parum.  
 Ambra.

Croci.

Croc,

*Ossade corde Cerui an. partem f.*

omnia ista in aquis compositis ponantur, & igne lento distillentur: est enim res mirabilis omnium medicinarum, & inæstimabilis mater & domina, cuius innumerabiles sunt virtutes contra omnes passiones frigidas, & talis fit per instrumentum serpentinum. & vinum rubeum vetus vnus anni vel plus vel minus, vel vinum album optimum, tamen rubeum plus valet quam album, quoniam largius & vberius reddit aquam, de quo vino pone vnā mensuram in vitreo vase mundo & diligenter clauso distilletur igne lento aquam vitæ, quod cum in primo vapore exit collige vsq; peciolam lineam subtilem ardebit & non substantiam petiæ. Et cum ardere desi-  
 eri, hoc quod in vase remanserit ponas de-  
 orsum, quia parum aut nihil valet. Scias  
 tum quod de quatuor mensuris solet vna  
 exire in prima distillatione aliquando ve-  
 ro plus aliquando minus, & hoc secundum  
 bonitatem & qualitatem vni. Secunda di-  
 stillatio fit modo prædicto, & de vna men-  
 sura habebis mediam, semper enim medi-  
 um habebis quod in distillatorium posu-  
 isti. Si vero tertio distilles, semper de quin-  
 que mensuris quatuor habebis. Si vero

*Distilla  
aque vi.*

quarto distillaueris & recte & ordinate fueris operatus, id quod imposuisti inuenies, vel recipies sine diminutione quasi in nullo vel saltem in modico diminutum. In simplici ergo in prima distillatione, semper de quatuor aut decem mensuris vnā habebis, & si distillabis vsq; ad sex distillationes, in quinta vero distillatione talis aqua perfecta, est quia mirabiliter operatur. In septima, nona & decima distillatione aqua erit perfectissima, & hoc propter difficultatem operis. Scias tamen quod nō propter difficultatem operis, sed propter expensas, in quibus medicinis vtimur est in tertia distillatione vel ad plus in quarta, secundum vero instrumentum canonum in prima distillatione dicitur perfecta propter instrumentum & vaporem segregationem & ascendentem, quia vapor plus distillatur aut purgatur in vna aut prima distillatione canonis quam in tribus distillationibus serpentis. Et scias quod tres aquæ quæ fiunt in prima distillatione canonis prima est perfecta, scilicet illa quæ ardet se & substantiam peciolam. Secunda simplex quæ ardet se & non substantiam peciolæ. Et tertia ad nihil valet nisi ad oculos clarificandos & faciem, ita tamen quod ex illa linietur quolibet mane & se-

ro hyeme & æstate mane, meridie & sero. Et hoc etiam intelligitur in omnibus causis veraciter accidentibus. Et distillatorium debet impleri vsque ad duas partes & tertia pars manebit vacua causa vaporis faciendi, & ita dicitur perfecta in prima distillatione: si quis enim ea vti sciuerit in omnibus passionibus calidis & frigidis curatur & sanitatem præstat. Omnium siquidem herbarum, florum, seminum fructus & radicum & specierum proprietates attrahit ad se, si forte ad tres horas in prædicta aqua remaneant. huius vero aquæ in corpore humano effectos mirabiles sunt, quoniam cito curat & sanat omnes egritudines tam frigidas quam calidas quæ curabiles sunt, s. cerebri, neruorum & iuncturarum in potu sumpta & foris linita vel appolita, si egritudo fuerit in humore viscoso intesto permittatur purgatio, vel non oportet de necessitate purgari. Et quantitas in potu est ℥. i. vel plus secundum virtutem patientis

Item valet ad omnes humores reumaticos, quæ fluunt à capite qui multi sunt, vt cephalæa, monopagia, emigranea & vertigo.

Item valet ad omnes humores reumaticos venientes à cerebro ad nares sicut est  
cor.

corrifa quæ est opilatio narium ad brancos, id est, qui sunt humores descendentes ad fauces quum brancę tument interius ad modum duorũ vel triũ amigdarum. Ad catarrum & ad omne genus reumatũ, vnde versus. **Corrifa nares, branci, fauces, pectora tuffis.**

Item valet syncopim cordis cum aqua tamarisci vel cum aqua thamarindorum.

Item valet ad dolorem intestinorum & ad ventositatem & ad apostemata bibita cum aqua decoctionis anisi aut vino.

Item valet ad stranguineam cum aqua aut succo saxifragiæ & cum syringa mixta.

Item valet ad sputum sanguinis cum succo plantaginis vel cum puluere lapidis amathitis.

Item valet ad verrones sirones, id est, ad vermes manuum cum in eam didentur vel inungantur.

Item valet ad spasmm siue sit de inani-  
tione aut repletionem cum castoreo rutha  
& saluia.

Item ad dolorem emorroidarum bibita cum vino puro & vncta super dolorem.

Item valet contra omnes febres præter acutas bibita ante accessionem.

Item habet virtutes tyriacæ & est probata contra tyriacam.

**Accipe**

Accipe duos pullos, & depila illis anum, & inunge vni anum de tyriaca, & alio de de aqua vitæ ad potandum, & vnges anum de tyriaca & postea de aqua vitæ ad potandum alius morietur, videlicet ille qui non biberit de aqua vitæ, & alius cuadet videlicet qui bibet & sic potes probare.

Item super omnia valet contra morbos pestilenciales & epidimiam sumpta per os & eius inunctio super locum dolentem in omnibus causis frigidis, & nullum animal ausum est ei appropinquare.

Item valet contra omnem tumorem seu inflaturam sæpius inuncta.

Item expellit omnes ventositates & sanat torsiones intestinorum sæpius bibita.

Item regium morbum sanat bibita & inuncta, vt dicitur à philosophis.

Item valet contra omnem inflaturam cuiuslibet membri, si intingantur in ea la succida calide & tumori apponatur.

Item valet contra rupturam intestinorum, si sumatur in potu cum puluere sanguinis leporini sæpe & hoc stomacho ieiuno.

Item omne genus vermium & furfures in capillis necat & cutem mundificat & saniem scabiei consumit, & scabiosum caput cum illa frequenter inungatur.

Item

*luteria  
it luteria* Item mutos facit loqui si sæpius sumatur  
cum tyriaca.

Item valet ad peripleuromeniam & ad omnia apostemata flegmatica sumpta per os cum aqua calida maluarum.

Item in dolore capitis antiquo ex frigida causa facta multum v. let si ex ea caput inungatur, nam canos retardat & conseruat iuuentutem, tyneam capitis & scabiem sanat, si quolibet mane lauatur ex ea & meridie & sero. Et id quod verum est, memoriam specialiter iuuat sæpius bibita.

Item valet cerebro, si caput ex ea ungetur, & si sæpe odoretur, quare in eo possunt poni materialia, conferentia cerebro & odorabitur & fugatur per nares. Et si caput purgium distemperetur cum modico tyriacæ, & recipiatur ieiuno stomacho bis vel ter diebus interpositis, curat perfecte.

*gota co  
val.* Item valet contra epilepsiam cerebri si bombax in ea intingatur & ponatur in nares & exinde pulsus inungatur.

Et contra epilationem narium sæpius bibita & super caput posita & sæpius odorata.

Item valet in apoplexione similiter ministrata.

Iterum valet contra paralyisim & tremorem membrorum & consumit flegma si  
bibatur

bibatur hoc modo & sæpius odoretur. Contra vero paralyfim linguæ si bibatur hoc modo & teneat peciolam lineam in dicta aqua intincta supra linguam, & sanabitur perfecte: tamen si necesse fuerit bis vel ter reponatur donec perfecte curetur.

Item contra torturam faciei ex vulnere tione facta sicut in aliquibus contingit interdum, vngatur facies ex ea quia sanabitur perfecte si ex ea bibatur modo prædicto.

Item contra melancoliam & tristitiam quolibet mane sumatur medium coclear cum paruo cypho boni vini odoriferi sumptum lætificat, & facit hominem iocundum & hilarem reddit.

Item contra omnes virtutes animales potata confortat & præstat odorem cuiuslibet rei secum commixtæ & omnis liquor cum ea commixtus conuertibilis, nec aliquid in ea positum poterit vnquam putrefieri.

Item contra caliginem oculorum potata vel inuncta lachrymas deliccat & telæ desoluit.

Et est curabilis guttæ frigidæ oculorum & contra vngulam & lapidem intus & extra posita atq; bibita.

Item valet omni debilitate oculorum



81 RAYMVNDI LVLLII  
& visus ex spiritibus turbidis & grossis per  
se sola circa palpebras & tempora oculo-  
rum intus & extra inuncta.

Item lapidem intus in vesica vel extra  
induratum in renibus nouem mēlibus fre-  
quentata dissoluit, vt dicitur à philoso-  
phis.

*edime  
eloy  
remer* Item valet contra omnem passionem i-  
liacam & colicam, & in omnibus dolori-  
bus stomachi vncta & bibita.

Item valet surditati potata & in lecto  
cum bombace in aure posita.

Item valet ad dolorem dentium & gin-  
giuarum corruptis & corrosis bibita & li-  
nita, & anhelitum fetidum emendat sæpi-  
us bibita & gargarifata.

Item valet in asmate potata cum deco-  
ctione ficuum, hysopi & liquiriciæ.

Item valet in opilacione splenis & hepa-  
tis & renum deophilationis bibita ac in-  
uncta super omnem medicinam.

Item valet in omnibus doloribus sto-  
machi flegmaticos & melâcholicos & ven-  
tosos.

Item valet in colica frigida ex humore  
flegmatico & ventoso bibita & clisterifata.

In contractione neruorum & in gutta  
de frigida causa cum vino odorifero sum-  
pta valet & etiam linita cum in fusione re-  
rum respicientium neruos.

Ru.

Rugam & lentiginem faciei depurat, & facit faciem splendentem & bene odorantē, & impetigini & volaticos destruit superpositam.

Hidropisim ex frigida causa in potu frequentata curat, si ex ea sumatur quotidie ter ad quantitatem dimidiæ testæ oui.

Item omnem quartanam a diunctis sibi debitis herbarum & radicum & medicinalibus rebus, quæ ad morbi indigētiam peccant proprietatibus quas ad membra indigentia portat cito sanat data ante accessionem pluries.

Item valet sterilitati ex frigida causa sepius potata.

Item data contra lienteriam, disenteriam & diarriam, dissurriam præcedentibus conuenientibus medicinis alijs physicalibus.

Item valet arthetis, sciaticis, podagricis ex frigida causa purgatione conueniente permissa.

Et si eum ea vulnera lauantur multum prodest, quia malos carnes corrodit & bonos conseruat, nec permittit ea putrescere. Etiam valet contra cancrum & fistulam, noli me tangere & omnes similes morbos curat.

Item venenum expellit data cum tiriaca

ca vel cum calida aqua & in dolore capitis. eodem modo cum quis percussus est à malitia mercurij & oleo laurino vel laterino, si loca dolentia ex ea inungantur.

- Et compositio olei talis est. Accipie tegulas novas de fornace, quas nunquam aqua tetigerit, & per frustra minuta fracta & fortissime igneas, & cum fuerint bene igniti in oleo bono ac optimo subiungas ac refrigerari permittas, postea eas ex oleo extrahe, & cum distillatorio pone supposito in camino ac igne acerrimo distillas: distillabitur enim prima aqua ad nihil valet, postea subsequitur oleum quod reserua in vase vitreo forti & bene clauso.

- Et scias quod illud olium inuentum fuit in secretis philosophorum, & valet sicut oleum balsami, est tamen subtilius & clarius & maioris.

- Aliter sic fit. Accipe lateres novos nunquam tactos ab igne, terentur in frustra nõ parua, & deinde ponantur illa frustra in ignem quo vsq; fiant candentia siue ignita: deinde submerge in oleo donec sint plena, deinde permittie sicari per se, postea cõminue ea cõminutione vltima & pone in alabico siue in cazolo, & sigilletur bene sigillo alchimistarũ & ponatur super furnũ, & fiat primo ignis leuis, & postea magis fortis  
donec

donec exeat aqua, deinde statim exhibit oleū ex istis, & illa aqua est valde fetēs, & ideo magnus labor est faciendo eā ideo carū. Aliter fit secūdum Rasim quinto almāforis, ponantur illa frusta in vase vitreo & illud vas superius bene cum argilla, obturatur ita quod nihil exeat. Et si vides exire fumum adhuc obtura cum argilla & sit ignis lenis donec siccetur illa argilla deinde fiat fortis ignis & fiet oleum, illud autem vas vitreū pati potest bis vel ter vigorem ignis & non plus, & illud oleum valet in omnibus passionibus frigidis, est enim penetratiuum valde & expanditur spaciolate.

Et valet in passionibus fortissimis vt in paralyfi, spasmo quia mirabiliter penetrat, vnde si in manu aliquātum apponatur, sentietur fetor per multum tempus vt per octo dies cuius signum est quod est multum penetratiuum, & valet multum in paralyfi & spasmo, si membra ex eo inungantur euacuatione prius facta & materia digesta, non est par medicina in hoc super splenem positum dissoluit eius duriciem, cerebrum calefacit, vnde obliuionem aufert, valet contra venenum scorpionis cum illud venenum sit frigidum.

Item si bibatur optimum & iusquiamus  
valet contra ista & alia similia.

Si in olium intingatur ferrum & ponatur ad ignem, statim accendetur sicut oleum terbentinum.

Item Rasis dicit, intingantur in isto oleo retia, aggregabitur in eo multitudo piscium & capientur.

Item valet in epilentia iniectum naris.

Et valet opilatione narium & sedat omnem dolorem dentium.

Et valet ad omnes passiones aurium & interficit vermes in eis.

Et valet paralyfi & torturæ oris iniectum aut bibitum.

Et valet omni dolori sciatici & iuncturis dorsi.

Iniectum in matrice prouocat menstrua, & educit embrioné siue viuum siue mortuum, & aperit orificia venarú & dissoluit sanguinem congelatum.

Et valet morsui scorpionis, araneorum & serpentis.

Effectus vero huius olei & aqua intus & extra corpus humanú sunt, quicquid ex ea linitur ardet, vinum corruptum & acetum ista aqua reparat & ad pristinâ bonitatem reducit vel conquassetur.

Mustum clarescitur si modicum in ea imponatur.

Vnum

Vnum ouum crudum in ea proiectum statim se apprédit vt sit coctú ad ignem.

Item peciola linea subtiliter in ea balneata comburitur in puluerem.

Et ideo si paruum pullum mundatum infundes in aqua ardente, madefacit in scutellis ligneis inclusis & portaueris circa te transiturus circum miliare cum fueris in loco per toto pullus erit coctus & assatus absq; igne.

Istæ sunt rescripta de simplici aqua vitæ & de composita & de perfectissima ad exemplar originaliter extracta ex diuersis dictis philosophorum & doctorum medicinae artis.

Et hic scribuntur virtutes, & effectus aque vitæ quæ fit de puro vino: si facies cum illa abluatur, tollit guttam rosaceam.

Et si fiat oleum de interioribus nucleis pinearum vel lupinorum cum ista aqua, istud oleum mirabiliter & cito curat, maxime si in loco calido istud oleum apponatur, & cum pinguedine supernatante facies vngatur, reddit ipsam pulchram, & hoc fiat ad rugas tollendas & omnes maculas tollendas cum radice cucumeris agrestis vel fessa horæ vel dragútea si siccentur, & cum aqua ardente abluatur, inde facies tollit omnes maculas faciei per tres dies inde lineatur.

Si capilli frequenter madefiant cum aqua ardente iuxta radicem, illos conseruat à canicie siue sint in capite siue in barba & illos multiplicat & illos canos retardat, flegma grossum consumit.

Si autem fiant cineres de ligno hederę & cum secunda aqua & cineribus fiat lixiuium, lotio illius facit flauos capillos, & si per duos menses continetur omne genus vermium ne squamas, tineas, scabiem, mirabiliter curat & lepram palliat, eius linitio super palpebras remouet lippitudinem & & pruritus & lachrymas oculorum.

Succus chelidonię misceatur cum aqua ardente 2. guttas oculis immixtis tollit caliginem, & hoc idem facit fel turturis.

Et succus Ruthę commixtus cum aqua ardente de puratione facta tollit caliginem.

Serpillum in secunda aqua distillatione coctum, huius decoctio exsiccat lachrymas.

Ad structuram pectoris pone diadragantum & pemię cum storace calamita vel cum marrubio albo. Iterum sequinatico pone diamoron vel albi gręci.

Ad fetorem narium pone staphisagriani vel euforbij.

Ad fetorem oris pone nucem muscatam & gariofilos. Ad

Ad variolas faciei pone aquam rosaceam.

Ad pustulas leproforum pone succum fumiterræ vel lapacijacuti.

Ad cutem dealbandum pone lixiuum bonum vel farinam hordei vel risi vel amilli.

Ad pustulas faciei pone litargirū & oleum tartari.

Ad guttam rosaceam pone sulphur viuum aut citrinum & mercurium viuum extinctum in sanguine recenti.

Ad morpheam albam pone cuperosam.

Ad venenum receptum pone tiriacam & nuces.

Ad venenum vesparum & serpentum pone succum porri.

Ad morsum canis, pone vrinam.

Ad omnem dolorem intestinorum pone aloës, rutham ciminum preparatum vel mentam & alia carminaua.

Ad iliacam passionem detur aqua ardens cum menta.

Ad dolorem & inflationem testiculorum cum vino de agrestibus & cimino.

Ad lumbricos detur cum semine centonicæ aut centinodi & matricaria.

Ad confortandum stomachum cum zedoario.

Ad apostemata stomachi cum oleo masticis.



Ad peripleumoniam cum scabiosa.

Ad opilationem hepatis cum absinthio  
& salvia.

Ad syncopim cum ossa de corde cerui  
& diamargariton.

Ad litargiam cum rutha & aceto.

Ad ptyficos cum electuario restaurati-  
uo.

Ad hemorroidas cum sanguinaria &  
camphora & tartaro.

Ad diarriam & pleureticos cum scabio-  
sa & scariola.

Ad difficultatem mingendi cum pari-  
taria & pencedano.

Ad hemorroidas cū apio hemorroida-  
rum.

Ad impedimentum coitum cum dias-  
tiron.

Ad immoderatum fluxum cum plan-  
tagine.

Ad suffocationem matricis cum oleo ro-  
sarum inferius posita.

Ad paralyfim pone saluiam.

Ad quartanam pone intus.

*camebreos in 1. vel 2.*

*Flinni in 2.*

*Florum buglosi in 3.*

*Liquiritia q.s.*

& da ter vel quater vel quinquies in die an-  
te accessionem.

Ad

Ad neruos contractos pone folia camomillæ.

Ad rectificandum cor pone crocum.

Et hæc sufficiunt de aqua ardente cum prænominatis compositionibus.

SECRETVM SECRE-

*torum naturæ.*

**A**vdiant dilectissimi verba oris mei, vt videant & intelligant secretum secretorum naturæ, & ideo in puteum purum incidant qui fatue vel nunquam hoc maxime reuelauerunt secretū, hoc enim est vltimū secretū, quod antiqui sollicite quæretes nō potuerut inuenire, scrutati sūt & defecerūt scrutantes scrutinio. Istud namq; secretū est cæleste donum cæli nobis indignis & vegetabilibus destinatū, quod nec medici cognouerūt nec philosophi perceperūt, sed nos moderni per experimenta cognouimus, tantam huius rei esse efficaciam, quantam nemo viuēs valet excogitare nec dignum copiam virtutem explanare, & ideo in puteum corruat qui fatuo vel nunquam hoc reuelat secretum.

**R**ecipe in Dei nomine donum cælicum floribus & radice, scindantur minutim & modicum pistetur, tunc ponatur in vase vitreato, & mittatur in fi-

*selidonia*

mo equino calido circumdando vndique per duos pedes & sic remaneat per tres septimanas & sit vas optime lutatum, & si oportet mutetur fimus semper in septem diebus, deinde ponatur materia ad distillandum in balneo mariæ, & serua primam aquam per se, tunc distilla per cineres cum forti igne & recipe oleum per se quod dicitur aer, deinde fiat fortior ignis & recipiat secundum oleum per se quod dicitur ignis, & terra remanebit in fundo & sic habes inde quatuor elementa: Aqua vero homini præualet omnibus infirmitatibus tam calidis quam frigidis generaliter, eo quod est occultę naturæ maxime valet patientibus vitium in spiritualibus declinante à corde venientibus, quia prohibet illud à spiritualibus, & à corde arterias humectat, & dilatat etiam contenta in pulmone & sine violentia dissoluit, & ipsum ulceratum nulla obstante commotione consolidat, sanguinem mundat & purgat contentat in spiritualibus mundata conseruat à putredine potata trina vice à languente fit bona spes conualescentiæ & salutis: oleum vero illius valet iuuenibus vt eodem statu pulchritudine & fortitudine permaneant & vigore si vtantur diu paulatim in modica quantitate in cibarijs: & non est

est quia est tantæ virtutis quod non per-  
 mittit sanguinem putrescere vlllo modo,  
 nec flegma dominari aut malitiam super-  
 exaltari, neq; finit coleram aliqua vice ad-  
 uri. præterea sanguinẽ vltra modum sper-  
 ma multiplicare, & ideo oportet vtentes  
 hoc oleo si fuerint continentes sæpius fle-  
 bothomiam celebrare. Insuper hoc oleum  
 aperit neruos & venas, & si membrum  
 aliquod fuerit diminutum reducit illud  
 ad metam confortat visum si aliquo modo  
 fuerit membro aliquid superfluum &  
 putrefactum illud omnino dissoluit &  
 deponit. Ignis autem huius operis facit  
 de sene iuuenem si quis fuerit in singul-  
 tu tradetur ei de hoc igne ad quantitatem  
 seminis risi distemperatum cum vino,  
 nam cor eius temperate calefacit. Et si se-  
 nex hoc igne vtatur in valde modica  
 quantitate cum aqua aurea & balsamo. Et  
 si quis esset decrepitus, non posset esse tã-  
 tum tristis quantum caperent lætitiã &  
 & iocunditatem. Terra autem si aqua re-  
 ctificata fuerit per terram suam tribus vic-  
 tibus & qualibet vice calcinetur & vltimo  
 dissoluatur in aqua sua & distilletur per  
 alembicum postea congeletur in recipien-  
 do aquam, tunc habebis sal de tetra, quod  
 si fuerit fluxibile retinebit mercurium &  
 aqua

*aperit ner-  
 uos et Venas.*

*Nota  
 Terra  
 autem*

aqua sic rectificata fugit ac figet omnes spiritus. Item si ignis dissoluatur, in aqua vite donec fit rubicunda & imponatur mercurius, erit fixus super ignem lentum statim dissoluatur. Et si addatur tertiæ pars solis soluti, statim fiat vnum corpus admixtum sibi aliquantulo de atumine fit lapis rubeus.

### DOCTRINA FACIENDI

*aquas solemnes pro egrotis delictis à medicis.*

**C**icca doctrinam conficiendi aquas solemnes ad quas recurrendum est quum æger à physicis derelictus medicinis communibus sanitati nequit restitui, cuiusmodi sunt istæ.

### MODVS FACIENDI

*aquam chelidoniae siue de extrahēdis 4. elementis ab ea.*

**A**qua Chelidoniae, & aqua sanguinis humani practicus est alter modus de facto satis familiaris faciendi aquam chelidoniae, & est iste: Colligatur tempore sereno, & proprie circa finem maij mensis herba chelidoniae tota cum radice, quæ herba multum similis complexionis humanæ. Emittit enim de radicibus humiditatem sanguinis similem & de herba

ba humiditatem similem lacti, ob hoc potest dici chelidonia quasi donum cæli. Est enim isti herbæ cæli virtus mirabilis donata, ad humanæ complexionis conseruationem & incommodorum humanæ naturæ euitationem pariter, & etiam ad egritudinum humano corpori accidentium curam, flores etiam habet aurei coloris quæ habet tota sine lotionemundetur, videlicet radendo solum superficiem ipsius radicis, vt à superfluitatibus terreis emundetur; folia etiã si qua corrupta sint, penitus refecentur: & sit herbæ quantitas ad placitum secundum tamen capacitatem vasorum factioni ipsius aquæ subseruientium, quæ quantitas ponderetur quo pondere habitum capiatur sexuagesima pars falis communis preparati ad omnium medicinas, quæ præparatio sic fit.

*P R A E P A R A T I O S A  
lis communis.*

**R** Ecipe falis communis quantitatem placitam & pone in vase terreo, & super asperge aliquantum aquæ, vt aliququaliter madescat, et pone in loco frigido & humido, & tunc dissoluatur in aquam, postea distilla per filtrum incisum in vna parte, ita vt sint tres aut quatuor partes acutæ procedentes



dentes à parte non incisa filtri, aliquantulú magis ampla quam sit pars incisa. Et vocantur linguæ apud medicos, cuius pars incisa pendeat extra vas illud in quo est sal dissolutum & pars non incisa sit in ipso dissoluto, & inclinetur aliquantulú vas, & sic eleuabitur purus liquor & colabitur per filtrum. Colligatur igitur ille humor ditillatus qui postea in vase terrea ponatur super fortem ignem quousq; humiditatibus consumptis albescat & appareat materia congelata alba.

Hoc sale etiam potentes ut debent in suis ferculis & est multo fortius purius quoque sanius: Sal tamen Burgundiæ satis vicinatur in puritate salis præparato ad medicinas hominum, sed non est adeo forte sicut marinum. Et hæc pars sexagesima salis præparati conteratur cum supra dicta herba mundata in mortario mundo & conterantur hæc duæ materiæ tam diu simul, quousq; sint quasi ad materiam aqueam reductæ, quæ materia ponatur in phiala vitrea satis forti impleta usq; ad collum clauso orificio cum luto sapientiæ & ponatur in fimum equinum calidum sepeliendo ita eam pentus, ita quod ex omni parte circum circa vas tam subtus quam supra quam etiam ad latera fimum ille calidus circundet

vas ad spiffitudinem vndiq; duorum pedum & ad moueantur lapides & baculi ne vas destruat<sup>r</sup> & immutetur finis ad quatuor aut tres dies, tentetur autem phiala cū manu si frigida sit aut multum tepidum. Stet itaq; in illo fimo calido spacio 60. dierum quia in tāto tempore putrefactio exquisite completur. Et tunc chelidonia quodam modo est ad materiam primam redacta, postea hæc materia putrefacta existens aliquantulum redolens facta chelidonia prius existente, aliquāntulum odoris in vase æneo, de firmiori materia facto ad modum magni Alembici, & super illud vas ponatur cappa vitrea bene luto sapientia vasi eam connectenda, et supponatur audacter ignis flammæ rationis fortitudinis vasis, & fortasse post decem aut duodecim horas exhibit aqua clara, quæ est elementum aquæ chelidonia. quæ pauca est efficacia in corpore humano, nisi quod bona est valde ipsis oculis, & dum videtur color distillant<sup>r</sup> liquoris inmutari in colorem videlicet olei oliuæ magis tamen radiosum. Qui liquor est elementum aeris chelidonia, tunc receptorium confestim immutetur ignis quoq; mortificetur quousq; appareat color distillant<sup>r</sup> liquoris rubeus, qui est elementum ignis chelidonia.



et tunc iterum immutetur receptorium,  
 igne quoq; fortificato continuetur distil-  
 latio iterum quod aliquid illius humoris  
 possit distillari. Et dum nullus liquor am-  
 plius exierit, remanet elementum terre in  
 fundo vasis. Elementum aëris & ignis che-  
 lidonia mirifici sunt iuamenti in corpo-  
 re humano. Multo tamen præcellentius est  
 elementum ignis: coniuncta attamen fue-  
 runt de facto à nobis propter paucitatem  
 elementi ignis. Et fuit illud commixtum  
 tantæ virtutis, vt quod datum de facto tri-  
 bus personis omnino à phisicis derelictis  
 in hora cõpetenti astrologice, ad quantita-  
 tẽ solius cochlearis argẽtei cū valde pauco  
 aquæ ardentis fortasse vna gutta ad acuen-  
 dum & ad vinaciora illa elementa reddend-  
 dum, illæ personę in valde breui tempore  
 fortasse infra diem naturalem, viribus na-  
 turæ resumptis reuiuiscerent. Quod si hæc  
 elementa velis amplius mollificare aut pu-  
 rificare & virtuosa complexioniq; huma-  
 nã similia ac magis propitia multo red-  
 dere, hoc scias arcanum quod est vnum de  
 his quæ veteres focijs nolebant pandere  
 caris, quod amplius nolo esse arcanum,  
 sicut nec extractionem elementorum à  
 chelidonia & alijs infra ponendis, ideo hic  
 ponuntur ista, nam ministerio eorum cor-  
 porũ

pori humano tam in conseruanda sanitate  
 quam in morbis ab ipso fugandis multiforma  
 accrescunt commoda. & itaque elemē-  
 tum terre chelidonię, & pone in potto ter-  
 reo de terra alba qua vtuntur aurifabri, &  
 sit clausus firmissime cum luto sapientię,  
 quod etiam circundet totum pottum ad  
 spissitudinem vnus digiti, & pone in fur-  
 no reuerberationis ad fortissimum ignē,  
 quousq; incinerefcet & albescet. Et hoc  
 fortasse fit in spacio trium dierum. In fur-  
 no autem vitrariorum fieret in spatio vni-  
 us diei, postea de hoc cinere prius pulueri-  
 fato, pone in alembico vitreo grosso, & im-  
 ponatur materia ad altitudinem duorum  
 aut forte trium digitorum, & superfunde  
 elementum ignis aut aeris, aut ambo si-  
 mul mixta, & sit semper tertia pars alembi-  
 ci superius vacua, & in omni distillatione  
 & pone alembicum in vase terrea pleno ci-  
 neribus cribratis & distilla, & habebis i-  
 psā multo virtuosiora & nobiliora fortas-  
 se in duplo aut plus. Et quanto pluries di-  
 stillaueris ea super eadem terra tanto vir-  
 tuosiora ipsa reddes. Et in illa rectificatur  
 distillatione quicquid impuritatis con-  
 tractum est per distillationem primam  
 propter naturam æris, quę multum sul-  
 phuris participat hocq; penitus & omnino

cōsumitur. Quod si adhuc ampliori perfe-  
ctiōne illum nobilem liquorem velis per-  
ficere, pone ipsum in vase circulationis in  
fimum equinū spatio dierum 60, ita quod  
tota pars quæ est vacua sit in aere extra fi-  
mum.

Et animaduerte quod cineres elementi  
terræ, super quos est facta distillatio ele-  
mētorum, aeris aut, ignis aut amborum si-  
mul est miræ virtutis in ægritudinibus fri-  
gidis & humidis. Et sufficit quod sola ʒ. i.  
miscatur 8 lb. medicinarū valētium ægri-  
tudinibus frigidis & humidis, cuiusmodi  
sunt hydropisis, paralyfis, & sic de alijs.

#### MODVS FACIENDI A-

*quam sanguinis humani siue de  
extrahendis 4. elemen-  
tis, ex eo.*

**S**imili modo extrahuntur qua-  
tuor elementa à sanguine huma-  
no, sed sit sanguis ille hominum  
bone complexionis reiectis su-  
perfluitatibus, scil: flegmatica, colerica, me-  
lancolica residente puro quoq; sanguine,  
post ad solem aliquantulum desiccato,

#### EXTRACTIO ELEMEN-

*torum ex Lauro.*

**D**E folijs quoq; lauri etiam elementa ex-  
trahatur, sed capiantur folia noua eius-  
dem

dem anni tenera collecta in maio, vel in iunio tempore sereno: Scito tamen quod elementa sanguinis humani longe præstantiora sunt quam elementa chelydoniæ aut foliorum lauri

*AQUA RORIS MARINI.*

**A** Qua etiã roris marini mire est virtutis in de retardanda senectute, flos roris marini innouant vitam in modum aquilæ; iuxta textum sacræ scripturæ, renouabitur vt aquilię iuuetus tua, & sic fit: Colligãtur flores Raris marini in fine maij tempore sereno, & bene mundetur, & ponatur super illos flores aqua ardens, ponaturq; illa amphora ad solem cõtinuando temporibus claris. Et sic aqua ardens extrahet totam virtutem illorum florũ, & est aqua illa coloris citrini. Quod si velis eam dealbare, distilla ipsam per alembicum vitreũ & erit vtilior plus quã ante.

*DE HORIS CONVENIENTI*

*bus medicinis cordialibus, in quibus boni planeta habent dominium.*



**H**oræ cõuenientes medicinis cordialibus & confortatiuis sunt horæ vel mensura temporis, in qua boni planeta habent influentiam

& dominium, vnde quinq; sunt boni planetæ, Iupiter, Sol, Venus, Mercurius & Luna, qui boni dicuntur, quia influentia eorum communiter bona est. Si igitur velis sumere vel alicui ministrare medicinam confortatiuam, fit hoc in hora aliquorum istorum quinq; dictorum, & vt clarius patet datur exemplum de Ioue, eligatur hora Iouis qui Iupiter: omni die naturaliter ad minus habet influētiam horæ & in die Iouis quater hoc est per ordinē, Iupiter habet influentiam horę prope quam influentiam, pro tunc non habet Saturnus nec aliquis aliorum planetarum & cum hora Iouis eligatur quod Iupiter sit in bono situ cœli, & cum his aduertendæ sunt aliæ bonæ conditiones figuræ cœli, & sub tali influentia ministretur medicina cordialis vt virtus cœli iuuet virtutem inferiorem, & perpende quod si medicina esset de auro, vt puta potabili vel folijs auri, vel folijs arboris lauri, vt puta si fieret aqua per distillationē de illis folijs teneris lauri, quia sol super ista arbore habet influentiam sub propria constellatione facta, vt puta luna existente in ariete vel leone & non est contradictio superiorum de leone, quia leo est domus solis & habet influentiam super illa arbore & isto modo de floribus roris-

marini

marini, & est bonum facere similiter seu quodlibet componere medicinas cōfortatiuas sub influentijs bonorum planetarum, & melius est quod aptetur influenza secundum exigentiam ipsius effectus medicinæ confortatiuæ: Verbi gratia si vis confortare caput, apta arietem sit; luna ibidē iūcta fortunę si sit possibile & sit luna ab infortunjs libera. Et si velis confortare cor apta solē pariter & leonē, & sic de alijs suo modo velut nunc explicatū est de capite, & caue ne planeta quem recipis pro effectu confortationis sit retrogradus, aut aliter impeditur & est ordo inter ipsos in valore Iupiter, Venus, Sol mediū, Mercurius & Luna tenent extrema, nisi in hoc quod confortando cor principaliter debemus attendere Solem. Et scies quod omnes arbores odoriferæ similiter & herbe odoriferæ reguntur ab influenza aliquorum istorum quinq; planetarū & potissime Iouis, Solis, vel Veneris

Notandæ sunt in præsentī capitulo aliquæ medicinæ cordiales tam simplices quam compositas, vnde simplices calidæ sunt hæ,

*Ambra*

*Acetosa*

*Acetositas citri*

G 3

*Agri-  
mo-*

*Agriinonia**Ambo been*

&amp; sunt volocis iuuamenti

*Basilicon,**Berbonica,**Crocus,**Ciminum,**Cortex citri,**Cinamomum,**Cubeba,**Calamentum,**Cardamomum,**Carpobalsamum,**Calamus Aromaticus,**Deronici Romani,**Enula campana,*

&amp; est mirabili folium Indium

*Folia citri,**Gariophili,*

&amp; sunt mirabiles

*Galanga**Melissa**Muscus**Macis**Nux muscata**Oximum gariophilatum**Rosmarinus**Sansuccus . i.**Maiorana,**Spica.*

Spicanardi,  
 Seta proprie. I.  
 Sericum crudum,  
 Satureia,  
 Salvia,  
 Semen Acetosæ,  
 Semen Melissæ,  
 Semen Ciri,  
 Mirabolani emblici,  
 Xilo aloes crudum,  
 Zedoarium,

Et simplices frigidæ sunt hæ,  
 Alanda scilicet caput & caro eius,  
 Acetum optimi vini,  
 Blacca bizantia,  
 Corallus,  
 Cacabra,  
 Camphora,  
 Coriandrum siccum & humidum,  
 Lutum sigillatum,  
 Margarita,  
 Lactuca,  
 Nenuphar,  
 Os de corde cerui,  
 Poma acetosa marina,  
 Rosa,  
 Spodium,  
 Sandali,



*Viola*

Medicinæ vero cordiales temperatæ  
vel quæ proxime sunt, æqualitati simpli-  
ces, sunt

*Aurum,*  
*Topasius,*  
*Smaragdus,*  
*Saphirus,*  
*Iacintus,*  
*Rubinus,*  
*Argentum purum,*  
*Buglossa,*  
*Borrago,*

Prædictæ medicinæ simplices faciunt  
cor gaudere, repelluntq; melancoliam, to-  
tum corpus ferenant, quocunq; modo à  
proximetur siue per odorem siue per con-  
fectionem siue per potum siue per epithi-  
mata aut alio modo excogitabili, quia aro-  
maticæ fere omnia sunt & non potest ali-  
quis melius eligere in egritudinibus quam  
cor confortare & ei cū istis medicamini-  
bus succurrere, maxime melancolicis  
pestilenticis aut venenatis seu cardiacis &  
his qui fastidiosi sunt, cor enim est cor-  
poris principium & animæ sedes oni-  
um arca virtutum & spirituum genera-  
tor. Confortant generaliter totum corpus  
me-

medicinæ, quæ bonū sanguinē generant & quæ ipsum à superfluitatibus mundant & eum clarificant & quem adiuuant spiritus & membra.

Medicinæ igitur quæ confortant alienando & sanguinem ab humoribus mundando sunt istæ,

*Senæ,*

*Cassia fistula,*

*Cuscuta,*

*Folium Sticados,*

*Bruscus,*

*Pencedanum,*

*Anisum,*

*Omnes mirabolani*

& sunt mirabiles in isto casu,

*Buglossa,*

*Borrago,*

*Scabiosa,*

*Fumus terræ,*

*Lupulus,*

*Aurum,*

*Serum caprinum,*

*Apium,*

*Mastix &*

*Vinum aromaticum*

Omnia hæc mundificant sanguinem & clarificant eum ac totum corpus confortant, cum istis medicinis cordialibus nun-

quã definat medicus operari. Virtus enim vitalis gaudet cordialibus, Virtus animalis gaudet delectationibus, scil. sensibilibus & odoriferis bonis, pulchris coloribus delectantibus sonis, armonijs amenis & saporibus delectabilibus, Virtus vero naturalis gaudet calidis & humidis, Sed medicinae compositæ cordiales sunt electuaria aliqua. Vina quædam & similiter quædam aquæ, vnde electuaria calida sunt cordialia, vt

*Diacameron,*

*Diaambra,*

*Leititia Galeni,*

*Diamargariton,*

*Diapemdon,*

**Aromaticum rosarum descriptio Gabrielis, de musco dulce**

*Aromaticum gariophilatum,*

*Diagalanga,*

*Diateron piperon,*

*Diacinamomi,*

**Electuarium de gemmis**

*Diaanisum,*

*Diaciminum,*

**Frigida sunt,**

*Diaborraginatum,*

*Diabuglossatum,*

**Dia-**

*Dianemipheratum,**Zuccara rosata,**Zuccarum, visofaceum,**Tria sandali,**Diadragantum frigidum,*

Est quoddam electuarium vitæ ab Arnoldo de Villa noua in libello suo de retardanda senectute descriptum ex quinque generibus mirabolanorum in via conseruationis sanitatis & prolongationis vitæ compositum, & est res perfecta & probata, quia non solum confortat, sed & superfluitates ex nutrimento præterito remanentes purgat, & vsus eius canitiem retardat & ad decrepitem peruenire facit, stomachum corroborat & vsus eius reddit colorem bonum toti corpori cuius descriptio talis est.

℞ Vuarum passularum mundatarum ab arillis lb. 2.

*Liquiritia mundata ac contusa* ℥. i.

ponantur ista in duabus libris & semis aque claræ recentis & bene coquantur & colentur & exprimantur, & in colatura ponantur.

Mirabolanorum ex ossibus enucleatorum et in mortario excussorum

*Kebulorum,**Citrinorum &**Indorum ana* ℥. 2.

Em.

*Emblicorum ℥*

*Bellericorum ann. ʒ. 2.*

coquantur & exprimantur & colentur; Et post addatur.

*Zuccari albi lb. 1.*

& cum illa decoquatur vsq; ad spissitudinem syrupi. Et in fine addatur,

*Cinamomi electi ℥. ʒ.*

*Gariophilorum,*

*Galanga ana. ʒ. 2.*

*Nucis muscata grossa ʒ. 2.*

*Maratri,*

*Anisi ana ℥. 1.*

fiat electuarium & ponatur in pixide ligni competetis complexionis volentis vti eo vt pro splene in pixide ligni tamarisci vel fraxini aut Iuniperi pro flegmaticis, & sic de singulis.

In ipso electuario sunt principalium membrorum medecinæ, scilicet: Cordis, Capitis, Stomachi, Hepatis, Splenis & generatiuorum, & est primo calidum, postea humidum, post frigidum, & vltimo siccum.

Est etiam confectio quædam eiusdem doctoris in eodem libello, memoriam corroborans, cuius descriptio talis est.

℞ Piperis longi

*Cimini ana partes 2.*

*Gariophilorum partem 1.*

Zuc-

*Zuccari ad quantitatem omnium.*

Consequenter itaq; dicendum est de vinis eiusdē Arnoldi de villa noua de quodam suo tractu intitulato de vinis artificia libus extractis, inter quæ vina vnū est contra humores adustos pro cōlericis & macris adducens lætitiā, cuius descriptio talis est.

• **Recipe Radicis Buglossæ mundatæ lib. i.**

*Rosarum*

*Violarum.*

*Florum borraginis &*

*Buglossæ ana. lb. s.*

*Bee n albi & rubij an. ℥. i.*

conquassentur & ponātur in sacculo, qui sacculus ponatur in vase mundo continente tres sarcinatas boni vini nouiter expressi albioris & puriores quod inueniri possit, & quod medieta cum dictis speciebus bulliat. Et sic alia medieta per se & bene dispumetur & tūc excoletur & ponatur in vase & de alio impleatur donec recesserit feruor & bene clarificatum fuerit & post affiduetur.

Aliud vinum eiusdē Arnoldi in eodē.

In musto nouo ponantur flores borraginis vsq; ad perfectam depurationem.

Vel aliter quod in bono vino de diaborraginæ siue de conferua eius dissoluatur & vsui reseruetur.

Aliud

Aliud eiusdem in eodem quod est ad  
conseruandum complexionem & iuuen-  
tutem

**Recipe Cubebarum**

*Garioflorum,*

*Nucifnacata,*

*Passula ana 3.3.*

posito in sacco bulliant in boni vini lb.  
3. vsque dum redeat ad libras 2. addatur  
Zuccari quantum satis, & sumatur sero &  
mane. i. vel plus aut minus sicut oportet.  
Iste etiam potus valde confortat, & præ-  
sertim conualescentes ab ægrotudinibus  
frigidis, & multum consumit humiditates  
flegmaticas superfluas in occultis partibus  
corporis latentes.

Est quoq; puluis quidam descriptus ab  
eodem Arnolde in eodem conseruans  
omnia membra principalia, cuius aggrega-  
tio hæc est

**Recipe Zinziberis calbi mundi & s.**

*Cardamomi,*

*Deronici Romani ana 3.1.*

*Cinamomi electi 3.1.*

*Croci 3 s.*

*Coriandri preparati 3.10.*

*Zuccari ad velle,*

fiat puluis.

**Commestio insuper passularum enu-  
clea-**

cleatarum 3. I. ieiuno stomacho proficit ad  
viam iuuenescentiæ eo quod digestio-  
ne efficiant meliorem et minoratur  
ex eis flegma, confortant hepar & impin-  
guât ipsum, quoniam amici sunt stomachi  
& generant sanguinem copiosiore & spif-  
sorem, & cum sumuntur post cubum ha-  
bilitant & humectant ventrem

Vinum buglossatum valens melancoli-  
cis fit, Recipe radices buglossæ mundatæ  
vt decet sine lotionem, ponantur in electo  
quousq; saporem eius sumat & assidue-  
tur.

Aliud vinum distilletur zinziberis &  
Cinamomi contra paralysim & contra om-  
nem frigidam complexionem vel passio-  
nem

#### AVRVM POTABILE

**A**liud est vinum auri, Extinguatur la-  
mina auri quinquaginta vicibus in  
vino electissimo claro & post dimittatur  
clarefcere & diligenter coletur, & seruetur  
vel recipe vnū ducatum vel alium bonum  
florenum & perfora ipsum circa finem cū  
paruo foramine & pende ferreum vel cu-  
preum filum, & incende in igne vt fiat igni-  
tus & post extingue in bone vino forti &  
semper claude amphoram ne vapor exalat  
& poteris sic facere centies.



Hæ autem prædictæ medicinæ cordiales positæ sunt in hoc tractatu vt illis vtendo in debitis constellationibus incommoda pluribus aut plurima naturæ humanæ possint euitari. Nō autem quis opinetur quod per vsum illarum cordialium medicinarum quis valeat perpetuari, posuit enim Deus ministerio corporū cœlestiū, terminos qui præteriri non potuerūt, licet præter cœlorum influentiam per Dei infinitam potentiam abbreviari possint & prolongari, visum est enim de facto quod elementa æris & ignis chelydoniæ commixta efficaciam curationis nō habuerūt in quarta persona cui offerebantur, nam mors erat naturaliter illi personæ proueniens cursu naturæ secundum motum cœli vt videbatur omnino repentine à morbo & omnes virtutes corporis subito fuerunt defectæ. Vnde nota quod virtutib<sup>9</sup> vltimatę defectis illę cordiales medicinæ nō haberēt operationis efficaciam. Vt itaq; natura medicinarum & cœlorum corporum virtus per infinitam & supernaturalem Dei potentiam ad ægri sanitatem recuperandam dirigatur & iuuetur, nomen eius deuote inuocetur hoc modo humiliter aliquantulum antequam medicina propinetur corpori humano & die orationē super scriptam

ptam

ptam scilicet, Domine Iesu Christe qui es  
vera salus &c.

fol. 62.

**ORDO INFERRIORVM RE-**  
*rum scilicet terrestrium ad superiora*  
*scilicet celestia.*



Componantur igitur & ministré-  
tur medicinæ cordiales in debi-  
tis constellationibus superius in  
hoc in eodē capitulo explicatis,  
vt virtus ipsarum cordialium medicina-  
rum per influentiam cœli propicie au-  
gmentetur. Talis enim est ordo inferiorū  
rerum ad superiora cuiusmodi sunt cœli  
generentur & regulentur, generentur qui-  
dem dicente Aristotele secundo Physico-  
rum homo generat hominem & sol, regu-  
lentur vero dicente eodem primo meta-  
physicorum, necesse est hunc modum esse  
contiguum lationibus superioribus vt tota  
virtus eius inde gubernetur, de quorum  
corporum motu & eorum influenza est  
ipsa Astronomia existens vna de septem  
artibus liberalibus stabilita per rationes  
summè naturales partim positas à Ptolomeo  
in quadripartito & alijs voluminibus  
eiusdem, quæ rationes experientijs plerum  
que eiusdem Ptolomei & aliorum sapien-  
tum in scientia Astronomiæ & quotidiana  
nisi merito approbantur. Quis enim adeo

demenseffet quod cœlum creatum à Deo benedicto diceret expers virtutis influxibilis & sic mortuum esse, multum hic ipsi Deo summe perfecto effectum valde imperfectum attribueret. Quotidianæ enim experientiæ hoc omnino contrariaretur, qua videtur ad oculos mare secundum influentiam lunæ crescere & decrescere, non etiam astrologis ille duntaxat contradieret, sed & philosophis vt supra tactum est, pariter et medicis, considerantibus penes motum lunæ solis & aliarum stellarum dies criticos, dicit namq; Hipocrates medicorum summus primo prognosticorum rerum cœlestium. Quod medici non debeant esse ignari rerum cœlestium

Est etiã quoddã cœleste quod non oportet medicum ignorare & parte secunda Aphorismo, sub cane & ante canem molesta sunt pharmaca. Ignorantiam quoq; suam cunctis sapientibus qui operam huic scientiæ dederunt, his superferret: ex quibus colligitur hanc scientiam veram esse, & non superstitiosam, imo in ipsa & per ipsam artes superstitiosæ cuiusmodi sunt.

*Piromantia,*

*Geomantia,*

*Hidromantia,*

*Nigromantia, &*

*Are-*

*Aremantia,*

similiter & sphaerae Pithagorae penitus reprobantur, videlicet in quatripartito Pto-  
 lomaei, & si quae illarum aliquid veritatis  
 aliquotiens participant, hoc ab hac scientia  
 puta Astronomica sibi accommodant & v-  
 surpant vnde habent ipsam Astronomiam  
 deturpare, etiam vt ait dominus Iohannes  
 Hispalensis episcopus patriae Hispaniae in  
 prologo Albumazaris. Cum dicimus pla-  
 netam aliquem malum futurum praesigna-  
 re nil aliud sentimus, nisi quia sui creato-  
 ris mandato vt creaturae inferuentis eius  
 praescientiam imitando hominem ipsum  
 malum nobis ostendunt. Quare nullatenus  
 dicendum est planetas homini vt malus sit  
 vim inferre, quemadmodum nec Dei pre-  
 scientiam, culpando enim planetarum  
 significata etiam pro certo diuinam statim  
 culpabunt prouidentiam, nihil enim aliud  
 planetae quam quod Deus praeviderit aut  
 praedestinaverit, significant, & huius ele-  
 gantis scientiae in praesenti tractatu posita  
 sunt doctrinae principaliter corporis hu-  
 mani dispositiones concernentes, hoc itaq;  
 in hoc tractatu qui dici potest Directori-  
 um Astrologiae Physicae.

*AQUA DISTILLATA PRO*  
*confortatione capitis.*

H 2

R. Sab.

*Astrorū  
 influxu  
 a Deo*

℞ Salvia ℥. 12.

Florum Lauendula ℥. 6.

Rorismarini,

• Maiorana ana ʒ. 3.

Nucis muscata

Zinziberis,

Granorum Paradisi,

Cinamomi,

Macis,

Zedoaria,

Galanga,

Gariophilorum

Cubegarum,

Cardamomi ana ʒ. 6.

Rosarum rubearum,

Herba Basiliconis,

Foliorum Lauri,

Sticados Arabici ana ʒ. 3.

Foliorum Bethonica recentis lb. ʒ.

Vini odoriferi lb. 9.

distillentur in Alembico vitreo cooperto.

**AQVA MIRABILIS AD**

conseruandum & contra

omnem malitiam.

℞ Feniculi,

Rutha,

Vorbenae,

Eufrafia,

Bethonica,

Sila

*Sileris montani,**Endiuæ,**Rosarum rubearum,**Capillis veneris ana. m. 6.*

ponatur in vino albo per diem & noctem, secunda die distilletur per alébicū & aqua prima erit quasi argentum, tertia aqua erit balsamus & seruetur in tribus ampulis, & cum opus fuerit, vtatur de eo dum opus fuerit, Item succus Chelidoniæ, Feniculi, Arthimesiæ mixtæ herbæ cum vino distilla, mundificatiuum est oculorum & visum clarificat, si fistula est in oculo succus plantaginis mixtus cum aqua & bombace intincta facit curam: Aqua prædicta gargarifata valet ad dolorem dentium, gingiuarum & linguæ & palatum cum singularum passiones oris.

Et contra Paralyfim cum ipsa si vngatur patiens à nucha per spinam dorsi vsque ad anum & humeri & cubiti & omnia loca neruosa, & bis in hebdomada dentur pilulæ fetidæ aut de hermodattilis, aut pilulæ artheticiæ præsupposita dieta conuenienti, curat indifferenter omnes paralycos sumpta per os & locis dolentibus inuncta, & qui vtitur ea ante cibū & post sicut docet, non videbit in corpore suo ægritudinem incurabilem nec alia morietur morte nisi

naturali: Aut recipē aquam florum chelydonia septies distillatæ per Alembicū vitreum & per Balneum Mariæ, valet ista aqua ad omnem infirmitatem oculorum. Et si ponerentur cum istis floribus florum diptami aut tormentillam faceret melius.

*AQVA SOCIALIS, AD*

*omnes morbos oculorum.*



Qua specialis qua vtor pro me & socijs, & voco eam aquam socialem.

& herbarum Feniculi,

*Ruha,*  
*Eufrafia,*  
*Verbena,*  
*Tormentilla,*  
*Betonica,*  
*Rosarum,*  
*Endiuiæ siluestris,*  
*Rostri porcini,*  
*Gallitrici,*  
*Hypia,*  
*Pimpinellæ rubæ,*  
*Chelidonia,*  
*Herba plomæ,*  
*Folia vitis,*  
*Apj,*  
*Agrimonia.*

*Capri,*

Capri folij,  
 Hedera arborea,  
 Lapacij acuti

Gamandria ana. quantum vis,

prima die ponantur trita in vino albo,  
 secunda in vrina pueri virginis, tertia die  
 in lacte mulieris, quarta die in melle bo-  
 no & tunc ponantur in distillatorio,  
 & quod exibat referuetur, quia valet seni-  
 bus & iuuenibus & in omni dolore visus,  
 valet & conseruat visum vsq; ad finem vi-  
 tæ, & debent aliquæ poni in vino & pota-  
 ri & oculi cum ea lauari & in oculis debêt  
 frequenter de ea poni, nec inueni aliud  
 melius pro oculis, quia secunda die quo  
 vtitur patiens sentit alleuationem. Et si es-  
 set tela in oculo, tunc pone aliquid de fel-  
 le galli cum ista aqua.

*AQVA PRO OCVLIS.*

Recipe Ruthæ,

Chelidonia,

Feniculi,

Agrimonia,

Eufrafia,

Rosarum rubearum,

Sativionum florum ana. m. 6.

Lapidis calaminaris ℥. s.

Turbia preparata ʒ. i.

Aloes,



*Cicotrimi 3 .i.*

conterantur omnia forti contritione & cum hoc aqua ardentis primæ distillationis misce, secunda vice distilletur. Et hæc aqua valet in multis ægri tudinibus oculorum. Et curat hydropisim & incitat venærem, & linita supra cancrum ipsum mortificat.

*AQVA POTABILIS SIC FIT.*

Recipe femina Pimpinellæ,

*Sinapis,*

*Petrofilini,*

*Apij, ana lb. f.*

*Gariofilorum,*

*Masticis,*

*Macis, ana 3. 3.*

terantur omnia & addatur sanguis hirci ℥. 3 & ponantur in aceto forti & stent simul per aliquos dies, postea addita aqua primæ distillationis ponantur simul in alembico & distillentur. Et hæc aqua valet calculosis siue fuerit confirmatur siue non. Et ad scabiem capitis & totius corporis inde curatur & facit renasci capillos & curat paralyisim & generat bonum sanguinem & curat morbum caducum continue sumpta.

*AQVA HIRVNDINVM*

Recipe Hirundines iuvenes pulueri fatos

*Castorei*

SECRETORVM LIB. IIII. 119

Castorei tritiani lb. f.

Vini optimi lb. 6,

exinde distilletur aqua tribus vicibus, &  
cura morbum

Caducum &

Frenesim,

Paralysim &

Stomachum frigidum &

Febrem quotidianam,

quadragesima diebus ex ea bibita ieiuno  
stomacho; Et cum hisopi decoctione im-  
misso in caput curat dolorem capitis, &

Afinam, &

Hemopoiciam &

Hydropisim ex causa frigida &  
mundificat pectus,

Dormire facit &

Bene digerit &

crines delet, & non amplius crescere facit.

AQUA LASSIDA

sic fit.

℞ Hisopi,

Gladiola,

Sauina,

Abrothani ana m. 6.

conterantur & simul ponantur in alembi-  
co & distillentur tribus vicibus, & ex ea ie-  
iuno stomacho bibita valet ad omnes fe-  
bres & frigiditatem capitis, prouocat men-  
struum

320 RAYMVNDI LVLLII  
struum & aborsum, & purgat stomachum  
& valet ad colicam & iliacam passionem.  
Et si infundatur castoreum, curat paraly-  
sim infra paucos dies.

*AQVA CONSERVATL*

*na sic fit.*

**R**ecipe oleum de petra in morta-  
rio fortiter compressi quam di-  
stillabis, quæ valet pro digestio-  
ne stomachi & ad tussim, ipsum  
sedat, si imponas de zuccaro & de Cina-  
momo ex eo infundis.

*AQVA DVPLICATIVA*

*sic fit.*

Recipe *Seminis Apij,*

*Sem. papaveris albi ana. lb. f.*

contundantur fortiter, & adde aquæ præ-  
servatiuæ & inde distilla aquam, & ex ea  
mane & sero sumpta valet ad omne genus  
morbi pectoris & capitis, & facit bene dor-  
mire.

Et mixtum cum castoreo & bibitum  
valet contra epilétiam & tremorem mem-  
brorum.

*AQVA SALVIÆ*

*sic fit.*

*Rx Salvia,*

*Menta,*

*Pulegij ana,*

SECRETORVM LIB. III. 121

contunde & distilla per se aut cum aqua ardente primæ distillationis quod melius est, valet ad omnes infrigidationes, membra læsa in breui illa calefacit.

Et in eo castoreum infusum curat omnes paralyticos & prolgat vitam, & valet contra omnes torsiones ventris, & contra omnem scabiem, & generat bonum sanguinem & bonum colorem facit, valet contra catarrum.

Et additum *Reubarbari,*

*Castorei,*

*Zuccari,*

sanat lupum & sacrum ignem, potatum mane & sero valet hydropisim, lepræ, paralyfi.

Et notandum quod prædictæ aquæ omnes simul acceptæ conferunt multis passionibus ab intra, dempta aqua dealbatiua, sed ab extra vt in scabie, fistula, cancro, luppo, curat, addatur aqua dealbatiua in prædictis aut aqua ardentis, & inde abluantur vulnera.

*AQVA VIVIFICANS*

*& ad pristinam iuuentutem*

*reducens.*

Recipe *Terpentina* lb. 1.

*Mellis* lb. 5.

*Aqua vitæ quater distillatæ quartam 1.*

*Ligni*

*Ligni aloës,*

*Sandali,*

*Muscateellini ana 3.2.*

*Gummi arabici 11. 1.*

*Nucis muscate,*

*Golange,*

*Cubebarum,*

*Cinamomi,*

*Macis,*

*Gariofilorum,*

*Spicenardi,*

*Croci,*

*Zinziberis ana. 3.3. vel minus,*

*Musci,*

*Ambræ ʒ.ʒ. vel minus,*

puluerifentur omnia & misceantur & in alembico distillantur lutato cum luto sapientie, & fac ignem lentum quo vsque habueris aquam limpidam velut aqua fontis. Et cum secunda valuerit exire aqua erit sicut carbo ignitus, tunc fortifica ignem motu continuo & non per saltum, & illam per se serua.

Et cum tertia aqua incipit venire quæ est spissa sicut mel, tunc fortifica ignem quo usq; totum liquorem habueris. Et scias quod quælibet aqua est calida, vltima, tamen calidissima, secunda calidior primæ, prima vocatur mater balsami, secunda oleum

SECRETORVM LIB III. 129

leum balsami, & tertia balsamum artificiale, prima est calida quam potabis cum vino tepido præcise, secunda & tertia valent ad fomentandum & remouendum infirmitates, quæ nouiter adueniunt corrodendo carnes hñmani corporis, prima aqua calida potata cum vino albo consumit flegma in ore stomachi & reducit appetitum comedendi, & purgat stomachum ab omni malo humore ipsa etiam potata non permittit apostema venire ad cor nec ad partes cordiales, & probaui hoc sæpius.

Item pannus subtilis madefactus in ista aqua positus infra nares quando patiens i-turus est ad lectum curat à reumate. Item quartanæ valet si spinam dorsi cum ea linies, etiam contra scabiem & emorroidas.

Secunda & tertia aqua valent ad morbos diffimiles, sicut noli me tãgere, ad malum mortuum, ad vulnera quassata ex lapidibus aut alijs instrumentis, ad paralyfim omnium membrorum. Et prima aqua

continet virtutes aliarum, sed

istæ duæ plus ad vulnera corrosiua.

Explicit liber Secretorum.

DIVI

**DIVI THOMÆ  
AQUINATIS TRACTA-  
TVS SEXTVS, DE ESSE ET  
ESSENTIA MINERA-  
lium tractans.**

**DIVISVS IN CAPITVLIS  
quatuor.**

**T**ractatus sextus de esse & essen-  
tia mineralium extractus à libro  
scripto à sancto Thoma de Aquino, qui sic incipit: Nunc vero  
de corporibus inferioribus est tractandum.  
Sed quia hæc diuiduntur in mineralia,  
plantas & animalia, deo primo de esse &  
essentia mineralium pertractamus.

Mineralia diuiduntur in lapides & me-  
talla. Esse ergo essentia & existentia est  
eadem ratione in istis sicut in alijs. Creatu-  
ra namq; sicut prius patuit capitulo tertio  
primi libri. dicitur habere suam essen-  
tiam in quantum exemplariter est à Deo &  
eius similitudo. Deus enim exemplum est  
omnium rerum. Sic enim secundum istam  
rationem creatura sortitur nomen essen-  
tia. Secundo modo creatura dicitur habe-  
re suam essentiam in quantum effectiuæ  
est à Deo, & est aliquid in sua propria na-  
tura effectualiter ab eo. Et sic secundum  
hanc

DE ESSE ET ESSEN. MIN. 125  
hanc rationem & respectum fortitur no-  
men essentia.

Idem ergo nomine est essentia & exi-  
stentia, sed diuersum est ratione respectus.  
Ex primo est Deo similis, & ex secundo  
substantiabus. Est igitur in istis sicut in a-  
lijs esse essentia excepto esse essentia & exi-  
stentia educuntur in istis in actu supposi-  
ti per plures transmutationes quam in e-  
lementis aut alijs corporibus supercaelesti-  
bus quod materia earum ex pluribus for-  
mis & accidentibus in viscata grossa com-  
posita.

### CAPITVLVM PRIMVM

*De esse La-  
pidis.*

**M**ateria lapidis est grossa habens  
multum de terrestreitate at parum  
secundum puritatem aut impuri-  
tatem, vnde secundum quod dicit Aristo-  
telis in fine libri metheorum, lapis non fit  
de terra pura; sed potius fit ex terra aqua,  
sicut videmus lapides generari in flumini-  
bus quibusdam. Videmus etiam generari  
sal ab aqua falsa, quæ habet multum de ter-  
restreitate & lapidem per calorem solis &  
ignis. Est ergo materia lapidis aqua grossa,  
agens autem est calor vel frigus congelans  
illam aquam & ad essentiam lapidis in  
actu



actu deducens. Natura autem lapidis inuenitur in plantis in animalibus, quos quidem lapides non sine magna virtute consideres. Aliqui autem ipsorum congelantur in animalibus virtute animalitatis, sicut carbunculis in capite cuiusdam serpentis & de multis alijs lapidibus virtuosissimus. Et credas virtuosiores lapides qui procedunt ab animalibus quam alios. Alij autem congelantur virtute artificij cooperante natura, sed dicit Aristotelis quod quidam faciunt quandam aquam ex duabus aquis confectam, quam lac virginis appellant & coagulant ipsam in lapidem. *virginis* Ista autem dicitur fieri ex litargiro dissoluto in aceto vini fortis & aqua cuiusdam salis quæ vocatur Alkali & cum quælibet istarum aquarum sic valde clara ambæ coniunctæ fiunt immediate quodam confectu mirabili vna aqua spissa & alba sicut lac. Cum ista igitur aqua inbibunt quod in lapide congelare volunt puta sic calx argenti aut alterius corporis, hac aqua imbutur, postea ponatur ad lentum ignem in foco & fiet lapis. Habet enim illud lac naturam cogelandi calcem in lapides. Videmus enim ex sanguine & ouo & ex capillis & cerebro & ex alijs partibus animalium fieri lapides mirabilis efficacitæ & virtutis

tutis verbi gratia. De sanguine accipiebatur sanguis humanus virorum sanorum, sanguineorum aut cerebri corum iuuenum infra tres ætatis annos, & putrescebat in ventre equi calido per 24 dies, postea ponebatur in distillatorio & cum lento igne distillabatur aqua alba ad modum lactis, quæ ponebatur sola ad partem. Deinde augmentabatur ignis & distillabatur olium citrinum rubeum, quæ similiter ad partem ponebatur clausa. Postea feces siccæ & nigre quæ remanebant in fundo cucurbitæ calcinabantur vt albæ fierent sicut nix. Quia hæ feces in album calcinatæ vel huiusmodi terra optime per calcinationem albificata est res optima & reddebamus eiusdem fecibus olium, & fiebat lapis clarus & rubeus habens virtutem, vt valeret fluxum sanguinis restringere, & multas infirmitates à corpore humano expellere.

Etiam à plantis sic extraximus aquas, comburebamus plantis in furno calcinationis & postea conuertebamus allam calcem in aquam, & aquam distillabamus & coagulabamus, sed in leni foco & melius operatione aliquarum gummarum & fiebat lapis iste optimæ virtutis & efficacis secundum diuersitatem virtutum plantarum

rum. Quidam etiam per artificium faciunt lapides vt omnino videantur esse in omni probatione lapidum similes lapidibus naturalibus, vtpote faciunt Iacynthum similem Iacyntho naturali & saphyrum saphyro naturali. Qui quidem modus generalis est talis.

*si des face  
artificio*

Dicunt enim quod materia omnium lapidum pretiosorum est cristallus, quæ est aqua habens parum de terrestreitate coagulata per actionem fortem frigoris. Molunt igitur cristallum super marmor & imbuunt eam cum quibusdam aquis acutissimis clarissimis dissoluentibus ex sua acuitate multociens molendo & desecando, vt fiat qua sinatura vna, postea ponunt illam cõfectionem sub vêtre equi calido, & ibi ad tẽpus conuertitur in aquam, quam distillant vt clarificetur & partes subtiliẽtur. Postea habent aliam aquam rubeam confectam ex vrina puerorum & vitriolo calcinato rubeo sanguinem draconis similiter multociens distillato & coniungunt ambas aquas secundum pondera certa & ponunt in fimo, vt melius digerantur & coniungantur in simul & distillantur, postea ad lentum ignem in camino congelant, & fit lapis omnino similis rubino. Cum vero volunt facere saphyrum habent secundam aquam

confectam cum vrina puerorum & lazurio bono, & sic de alijs lapidibus secundum diuersitatem colorum. Item alius modus faciendi gemmas de cristallo. & cristalli quantum vis & calefac ad ignem subito postea extingue in aqua frigida simpliciter hoc tociens reitera, donec possit subtiliter teri. Deinde eam fortiter in mortario & postea in lapide marmoreo quousque puluis fiat inde subtilissimus. Tunc & salis Alkali bene mundi ana. & simul incorpora super marmor prius ea pone in fornace vitrariorum in vasi, in quibus funditur vitrum, sed paulatiue donec fundatur totum, cumque fuerit fufum & clarificatum pone desuper de illo colore quem intendis facere, & hoc paulatiue quousque tibi placeat color, suscipit enim omnem colorem quem paulatiue dare volueris. Eodem modo poteris soluere quemlibet lapidem preciosum.

Colorem autem saphyri sic probabis & de lapide indico & vocatur Baldach, qui de Almannia venit, de quo tingitur vitrum lazurium, & fac de ipso cristallo puluerem subtilem, & pone in vase terreo in fornace vitrariorum, & cum bene fuerit calefactum pone intus de predicto lapide indico paulatiue, quousq; tibi placeat co-

lor & eodem modo cum lazurio blauio  
 Almanniæ facies Turcoisîa. Smaragdinus  
 vero color fit eodem modo, sed cum pul-  
 uere viridi æris boni, Rubini color fit de  
 bono croco ferri. Thopasij color fit sic, &  
 lignum aloës & pone super vas in quo est  
 cristallus fufus sic quod flamma redundet  
 super cristallum fufum, & tene tam diu su-  
 per cum tenaculis quousque cristallus re-  
 cipiat perfectum colorem Thopasij. Et si  
 marchasitam cum berillo & cristallo si-  
 mul miscueris, cristallus citius fundetur.  
 Quod si aliter vis facere, accipe cineres cla-  
 uelli de quo fit sal alkali, vel de ipso sale de  
 illis cineribus facto & tartari calcinati añ.  
 & misce eum cristallo puluerizato añ. & si-  
 mul lique fac in igne & erit fusile. Crifoli-  
 tum sic facies, tolle cristallum clarum &  
 pone cum aloe distemperato in aceto per  
 12. dies, postea coque cum auripigmento  
 in lixiuio facto de fago, & erit Crifolitus,  
 vel cum viridi ære, & erit Smaragdus, &c.  
 poteris quemlibet cristallum diuersimo-  
 de colorare. Ex quibus omnibus patet ma-  
 teriam lapidis esse aquam, agens autem in  
 illam materiam dicunt esse calorem aut  
 frigus. Ideo si sit color tenuis aut frigus in-  
 tensissimum quæ educunt ab illa materia  
 formam lapidis in actu suppositi. In lapidi-  
 bus

2  
 marchasitam  
 unde est cris-  
 tallo.

bus enim tria videmus sicut in alijs rebus scilicet substantiam, virtutem & operationem, per operationem enim habemus iudicare de virtutibus & per virtutem de substantia. Cum ergo videmus operationes secretissimas, efficacissimas & occultas in quibusdã lapidibus sicut sunt operationes naturæ seu corporum supercælestium, non est dubium quin habeant aliquid de virtute occulta corporum supercælestium. Et si de virtute aliquid habeant, etiam & de substantia. Et dico quod de substantia stellarũ sint composita, sed dico quod habet aliquid virtutum ipsorum. Nostorum cum quatuor elemẽtorum aliqui lapides participant, aliquid de natura supercælestium, secundum quod tetigi in tractatu de corporibus supercælestibus. Quia separavi à quibusdam corporibus quatuor elementa & depuravi, & depurata coniunxi, & venit mihi lapis tantæ efficacitæ, vt etiam natura minaretur. Contra quam non habent potestatem elementa grossa inferiora. De quo Hermes quem Aristoteles semper vocat principem qui triplex fuit in philosophia, idem præstans omnino quo ad sciendum substantias rerum virtutes & operationes dixit. Fuit mihi gaudium quale nunquam fuerit videnti quin-

tam essentiam summa elementari materia inferioribus teneri. Propter quod evidenter patet quod aliqui lapides aliquid habent de hac essentia. Hoc etiam patet per quendam librum antiquū, in quo quidam lapides attribuuntur planetis & dominio ipsorū. Vnde si sculpantur in eis quædā figuræ planetarum & nomina dominorum seu intelligentiarum temporibus certis secundum quod ibi percipitur augmentatur virtus lapidis & eius operatio contra virtutem eius quæ antea visa est secreta & occultata. Videas augmentatam & quasi sensibilibiter operari.

*Capitulum Secundum de esse metalli.*

**E**sse autem supponitur metallorum, educitur à materia sua per planetas & per naturam similem & per artificium aliquod. Cum igitur sint septē metalla quodlibet educitur à suo planeta vt aurum educitur à sole, & vocatur Sol, Argentum à luna & vocatur luna, Ferrum à Marte & vocatur Mars, Argentū viuum à Mercurio & vocatur Mercurius. Stannū à Ioue & vocatur Iupiter, Plumbū à Saturno & vocatur Saturnus. Cuprum aut æs à Venere & vocatur Venus. Materia autem omnium metallorum est argentum viuum, vnde in quibusdam metallis est coagulatum debili

debili coagulatione, & in quibusdā fortiter propter quod sūt gradus in metallis secundū gradū actionis planetarū & sulphurū omniū pure congelantis argētum viūū in illa metalla. In quibusdam est parum congelatū vel terreste, & illa metalla habent se per modum materiæ, & in potentia per complexionem ad alia metalla, vt in plumbo patet quod est argentū viuum terreste parum congelatum ex sulphure subtili & pauco. Et quod actio sui planetæ est distans & debilis, habet se in potentia ad cuprum, ferrum, argentum & aurum. Stannum & argentum viuum clarum coagulatum parum à sulphure grosso & non puro, propter quod se habet in potētia ad cuprum, ferrum, argentum & aurum, ferrū autem est argentum viuum, grossum, terreste, sulphur terreste valde grossum ex actione sui planetæ fortiter coagulatum. Ideo habet se in potentia ad cuprum argentum & aurum. Cuprum autem est congelatum fortiter ex sulphure mediocriter multo & ex argēto viuo mediocriter grosso cooperante suo planeta, & ideo se habet in potentia ad argentum & aurum. Argentum autem est ex sulphure albo & claro subtili non adurenti & ex argēto viuo claro subtili cooperante suo planeta fortiter



coagulatum. Et ideo solum se habet in potentia ad Aurum, Ita quod cremari non potest à plumbo cremante cuprum & alia corpora infecta, Aurum vero est præstantius omnium metallorum, & fit ex sulphure citrino claro subtili dyaphano & non adducenti argento viuo claro subtili cooperante sole fortiter congelato, Ita etiam vt cremari non potest à sulphure, à quo etiam metalla cremantur. Patet igitur quod ex his omnibus metallis potest fieri aurum & fit, Et ex omnibus præter aurum fit argentum, & istud patet in mineris argenti & auri, à quibus etiam alia metalla extrahuntur, & reperitur ibi etiam coniuncta marchasita scilicet auri & argenti, ex quo nulli dubium est si permittentur, quod actione naturæ ad tempus in argentum & aurum conuerterentur. Vix autem cum ex alijs metallis fit aurum, destruuntur formæ illorum metallorum, & quomodo hoc fit, postea tractabimus in tractatu de essentia rerum consilium.

### CAPITVLVM TERTIVM

*De esse metallorum per artificium.*

Fit transmutatio metallorum per artificium vt esse vnus metalli in esse alterius potest deduci in actum quanquam Aristotelis & Auicenna dicant. Sciant artifices Alchymia

mia species rerū transmutare non posse,  
 sed postea sequitur, nisi prius fiat reductio  
 in primam materiam. Materia autem om-  
 nium metallorum secundum quod dictū  
 est propinqua argento viuo, sed primo est  
 aqua, sed cum hoc reducitur, sic nimirum  
 cōiūcta naturę & possibiliter, immo quasi  
 naturaliter conuenit, quod per artificium  
 natura iuuetur. Sed quā hoc difficile, Ideo  
 multi stulti facti sunt propter hęc sciētiam  
 expedentes iuuetutem & facultates suas  
 in vanum seducentes reges & magnates  
 postea desperando de virtute huius scien-  
 tię non perquærunt, sed scientiam tanquā  
 imperfectam derelinquunt. Ego vero hęc  
 omnia considerans & videns, quod Reges  
 habuerunt tot operadores subtiles & vix  
 aut nunquam potuerūt ad perfectum per-  
 uenire, credidi hanc scientiam non fore.  
 Sed ad me reuersus cōsideraui libros Aui-  
 cennę & Aristotelis in secretis secretorum  
 & inueni eos vacuos ratione, quantum-  
 cunque ipsi confuse & ænigmatice decla-  
 rant. Consideraui etiam libros eis con-  
 tradicētes & inueni eos alienatione simi-  
 les. Et postea consideraui principia natu-  
 ralia & inueni per ipsa fieri posse.

Vidi namque argentum viuum penetrare & transire alia metalla, vt si intingas

æs argento viuo mixto cum aliquantulo  
 sanguine humano aut equino, & argilla pe-  
 netrabit ipsum intus & extra & efficiet ip-  
 sum album. Sed talis color non durat. Iam  
 igitur argentum viuum habet commuta-  
 tionem cū corporibus & penetrationem.  
 Consideraui igitur quod si remaneret no-  
 euolaret & esset fixæ dispositionis cum  
 corporibus & faceret quod cuprum aut a-  
 lia corpora nō comburentur ab illis que  
 comburunt cuprum & nō comburunt ar-  
 gentum, sicut plumbum quod adurit æs &  
 non argentum, esset nobis medecina. Sub-  
 limauit igitur argētum viuum multotiens,  
 ita vt efficeretur fixæ dispositionis scilicet  
 ne euolaret ab igne quod sic sublimatum  
 in aquam dissolui vt fieret reductio in pri-  
 mam materiam, & ex prædicta calce argen-  
 ti & arsenicum sublimatum fixum mul-  
 totiens imbui totum scilicet dissolui in fi-  
 mo equino calido quod dissolutum con-  
 gelauit, & euenit mihi lapis clarus, vt cri-  
 stallus habens naturam fundendi & pene-  
 trandi & in corporibus retinendi. Ita  
 quod si parum huius super multum cupri  
 purgati proiecerim statim reducebatur  
 ab eo in argentum seu formam argenti  
 puri. Accipiebam autem vt in aurum  
 conuerterem rubedinem sulphuris bul-  
 liendo

liendo ipsum in aqua acuta super lentum ignem, quæ aqua efficiebatur rubea quam distillabam per alembicum, & remanebat infundo cucurbitæ rubedo sulphuris pura quam congelabam cum prædicto lapide albo. Itaque efficiebatur tubeus. Et parum huius super multum æris proiectum efficiebatur aurum. Iste enim modus quem pono generalis est. Sed non pono eum ut per ipsum aliquis incipiat operari, nisi forte esset multum prouectus in modis, sublimationum, dissolutionum, distillationum & coagulationum, nec non & in formis vasorum qualia in Somita recta Alberti Magni demonstrantur, & in qualitate & quantitate ignium.


Vidi etiam quod realgar sublimatum quantumcunque non fixum proiectum super cuprum dealbat ipsum in tantum, quod si medietatem puri argenti admisceretur, haberes argentum, sed tum non purum nam ab igne non exit album. Hoc idem facit auripigmentum in album sublimatum vel distentum. Sed quamuis iste prædictus modus qui est transmutare vnum metallum in reliquum bonus est & verus. Est enim alius modus nobilior transmutandi scilicet argentum viuum in aurum & argentum per virtutem sulphuris

ris albi vel rubei clari simplicis non adurentis secundum quod dicit Aristotelis. Iste autem modus absconditus est & etiam sapientibus. De quo Aristotelis in libro Secretis secretorum ponit modum generaliter valde, & confuse forbens ad Alexandrum dicens. Diuina prouidentia iuuet te adimplendum propositum & ad celandum arcanum. Propterea quod ego obscure tractabo, si non nominando res, à quibus educitur illa natura, ita potens & tam nobilis, Librum istum non edidi propter vulgares sed propter prouectos. Hortor autem ne aliquis præsumat incipere opus propter hæc quæ dicenda sunt, nisi multum sit prouectus in supernaturalibus principijs, & multum discretus in modis distillationum dissolutionum, & congelationum & in ignibus maxime, nec sit homo qui velit opus properare, sed cum discretione & munditia agere sciat. Est ergo quidam lapis mineralis, à quo educitur hæc virtus scilicet sulphuris albi, rubei & clari, qui non adurit & educitur per separationem quatuor elementorum & depriuationem & coniunctionem eorum.

**CAPITVLVM QVARTVM**

*De mineralibus, scilicet quomodo fit per artificium aurū & argētum.*

In


**N** nomine igitur domini accipe  
 de eo lb. i. & tritura fortiter super  
 marmor & imbue cum lb. i. & se-  
 mis olei purissimi vel aceti per a-  
 lembicū distillati vt fiat sicut pasta, quam  
 pastam pone in sartagine super ignem &  
 totū dissoluetur, & cum videris spumam  
 rubeam ascendētem, depone ab igne quo-  
 usque descenda, semper mouendo cum  
 spatula ferrea & cum descenderit. iterum  
 pone super ignem & hoc totiens reiteran-  
 do quousque fiat spissum sicut mel, postea  
 statim proiece super marmor frigidum &  
 subito congelabitur & fit ad modum fru-  
 sti carnis & erit vt hepar bonum decoctū  
 quod inscide tenuiter admodum vel ita  
 tenue vt facere possis tui vnguis in frustra  
 & habea tunc de olio tartari quantum est  
 ipsum, & vna pone ad ignem in sartagine  
 & ferueat ibi quasi duabus horis. Postea  
 pone in amphoram vitream lutatam luto  
 sapientie & sit super ignem lentum tribus  
 diebus & tribus noctibus, Cum pone am-  
 phoram eum medicina in aquā frigidam  
 per alios tres dies, Deinde cōfectionē inci-  
 de ad modum tui vnguis & pone in cucur-  
 bitam vitreā, & suppone alembicum & di-  
 stilla aquam primo albam ad modum la-  
 ctis. Et hoc est verum lac virginis. Et cum  
 aqua

aqua fuerit distillata, augmenta ignem & in alia amphora recipe aerem sicut aurum pulcherrimum quod in se continet ignem. Tunc remanebit terra in funda cucurbitæ nigra, quam calcina in furno calcis quousque fiat alba ut nix. Deinde redi ad aquam & distilla eam totiens, quousque lamina cuprea in ea extincta ter intus & extra penitus dealbetur, hoc idem fiet de aëre. In tertia enim distillatione inuenies ignem & totam terram in fine cucurbitæ. Ecce quomodo habes iam modum separandi elementa, sed modum coniungendi fere omnes ignorant. Accipe igitur terram & super tabulam vitream vel marmor triturata, & da ei bibere de aqua sua quantum & ipsum est in pondere quousque fit ut pasta, & pone pastam illam in alembico & distilla igne leui. Et ex aqua quæ distillabitur iterum quod in fundo cucurbitæ inuenies inbue quousque aquam suam totam biberit. Postea iterum da ei aerem quantum est ipsum ad bibendum in eundem ordinem, obseruando sicut de aqua & veniet tibi aqua cristallinus. De quo si proieceris parum super multum mercurij conuertit ipsum in verum argentum. Et ista est vis sulphuris albi non adurentis simplicis & completur tribus scilicet terra,

DE ESSE ET ESSEN. MIN. 141

ra, aqua, & aere Si autem acceperis 16 partes ignis & coniunxeris cum his distillando & imbibendo sicut dictum est, eueniet tibi lapis rubeus clarus simplex non adurens. De quo si parum super multum mercurij proieceris cōuertet ipsum in purissimum solem ebrison. Iste est ergo modus de lapide minerali.

Sed est alius lapis qui secundum Aristotelem est lapis, non lapis & est mineralis, vegetabilis rationalis & animalis, qui reperitur in omni loco in omni tēpore & apud omnem hominem, qui debet putrefieri sub fimo & putrefactum debes ponere in cucurbita cum suo alembico & extrahere elementa eodem modo quo supra, & coniunge & eueniet tibi lapis maioris efficacitæ & virtutis quam superior. Et non miseris quod dixi quod putrefiat sub fimo, quia est quædam virtus in fimo equino calido. Ideo debet artifex attentare, vt si ponas panem frumenti sub eo ad nouem dies, efficitur vera caro mixta sanguine. Propter quod credo Deum elegisse potius panem frumenti vt in corpus suum transmutaretur, quam aliquid aliud. Et forte ab istis possunt educi quatuor elementa & fieri aliquod bonum opus. Quidam philosophus. Est quædam species metalli, quam

*Panis uer  
titur in  
carne met  
Sanguini*



quam nunquam gens inuenit. Nam multa clausa sunt in thesauro naturæ quæ nondum sensui humano sunt patefacta. Si quis sciret recte coniungere actiua passiuus faceret opera mirabilia, sic quod argentum viuum conuerteretur in ☾ & ☉ verum. Nota secundum Aristotelem. Ingens virtus & mirabilis tam plantis quam lapidibus diuinitus est collata sed humano generi est occulta. In secretis secretorum ad Alexandrum.

Ex omnibus igitur dictis patet ex quibus est compositum omne actuale suppositi mineralium. Et quomodo non educitur per naturam solum, sed etiam per artificium.

Benedictus ergo Deus qui dedit talem potestatem homini ut naturam mutare & essentiam ac species naturales commutare possit. Etiam alij sunt modi transmurtandi metalla, quæ ponuntur in libris Rasis & Archelai in septuaginta præceptis & alijs libris Alchymicis.

FINIS.

CORNELIVS  
ALVETANVS ARNS.  
RODIVS DE CONFICI  
ENDO DIVINO ELIXIRE  
siue Lapide Philo-  
sophico.

DEO OPTIMO MAXIMO  
TRINO ET VNO SACRVM.

SERENISSIMAE AC  
CLEMENTISSIMAE ELI-  
ZABETHAE, ANGLIAE, FRAN-  
ciae & Hyberniae Reginae, &c. Principi  
in omni fortuna moderatissi-  
me, fortissimeque hu-  
milime.



Anno M. D. LXXXII.

144 CORNELIVS ALVETANVS  
PRIMUM OLEVM.

In nomine Sancti Dei pro primo oleo fumo

*Salis libras 30.*

*Tartari optimi libras 30.*

*Salis cinerum ligni quercini, aut fagi, vel sar-  
mentorum vitis libras 5.*

*Salis calcis viuae tantundem, scilicet libras 5.*

*Sulphuris libras 10.*

Hæc sigillatim contundo & cribro tan-  
dem diligenter commisceo, tum per partes  
æquas diuido, diuersisque ollis vitreis, aut  
vitreatis partes impono, quibus mox in-  
fundo aceti acerrimi quantum video ne-  
cesse fore, ponoque meas ollas ad ignem  
lentum vt paululum ferueant, moueoque  
materiam vt magis penetret aceti acrimo-  
nia, salemq̃ue extrahat puriorem & plane  
aëreum. Vbi ergo aliquantulum, per se-  
mi horam scilicet, bulierit, sino quiescere  
materiam, vt residentiam faciat, tunc li-  
quorem illum per inclinationem in vase  
altero effundo, colligoque ex singulis va-  
sis omnem liquorem clarum collectum li-  
quorem per linguas filtri distillo, vt clari-  
or euadat, careatque omni fece. mox hunc  
liquorem diuersis aludelis impono pro  
ratione quantitatatis liquore, quibus alude-  
lis impono sua Alébica, ac designo in fur-

ais

DE LAPIDE PHILOSOPH. 145  
nis, ac distillo quicquid est liquoris in-  
fundo aludelum remanet materia casta-  
nei coloris, quæ facili tactu pinguescit, &  
liquefit: quam materiam voco salem phi-  
losophicum. Interea paro mihi acetum di-  
stillatum, per quod iterum resoluo in li-  
quorem.

His factis inuenio hunc salem assump-  
fisse formam olei oliuarum, cui oleo addo  
aceti boni ter distillati duplum sui ponde-  
ris, & iterum distillo per Alembica vlti-  
mo superfundo duplum suæ aquæ vitæ,  
quam quintam essentiam vim noncupa-  
mus: & iterum congelo per distillationem.  
Omni iam humiditate per hanc postre-  
mam distillationem euaporata, augmen-  
to ignem vno gradu, tandem altero, vt  
materia oleaginea lapidescat, magis vicif-  
sim augmento ignem vt omnino indures-  
cat in lapidem. Hunc lapidem contero ci-  
tissime & pono in petram soluendam, vt  
vltro in oluum resoluatur. Hoc oleum  
dulcere omne saccarum decuplo excellit,  
quod in scutellis vitreis diligentissime  
colligo, totum collectum iterum per ig-  
nem in lapidem congelo, eumque lapi-  
dem cucurbitæ bonæ contritum impono,  
& igni primum lentiori mando: cucurbi-  
tæ vero addo vas recipiens magnum, &

146 DE LAPIDE PHILOSOPH.  
amplum vitreum, per 12. horas ignem me-  
diocrem excito, & tum paulatim augmen-  
to per gradus donec incipiat candire cu-  
curbita: tum vas recipiens dimoueo, & li-  
quorem si quem distillauerit eijcio, & vas  
recipiens rursus cucurbitæ ori applico,  
optimoq; luto iuncturas munio, circum-  
specteque hic agam necesse est, nam fero-  
ciores sunt hi spiritus quam vt velint reci-  
dere nisi caute augatur, quare primis in-  
sultibus inuigilandum est summopere  
donec se submiserint, resoluanturque in  
oleum: postremo vero spiritus non, ita  
ferociunt, sed citius in oleum subsistunt,  
quam velint priores: res est visu valde de-  
lectabilis: augmento ignem magis ac ma-  
gis per triduum continue, quasi velim cu-  
prum aut ferrum fundere. Tandem colli-  
go meum sanctum, ac vere diuinum ole-  
um quod colore rubinum excellit dulco-  
re faccarum, ita quod si vna gutta huius o-  
lei infundatur quartæ aquæ, illam in sua-  
uissimum & dulcissimum saporem con-  
uertit, vinum mirum in modum adiuuat.  
Et hoc est verum illud balsamum, tantis  
requisitum: quantum valeat pro infirmi-  
tatibus curandis edicere quis queat? aut  
eius virtutes enarrare quis poterit? Hæc  
est basis auri veri potabilis: hæc est vera il-  
la

CORNELIVS ALVETANVS 147  
la mirrha, quam merito debemus offerre  
Christo nostro redemptore ac saluatore.  
De his virtutibus aliquando latius. V.S.R.  
M. Pro nostro instituto opus est vt huius  
olei habeam bonam quantitatem: quod o-  
leum vase vitreo diligenter ad vsus diuer-  
sos seruo, sicque habeo primum oleum  
quod PHILOSOPHICVM appella-  
mus.

*SECVNDVM OLEVM.*

Pro secundo oleo accipio,

*Sulphuris viui lb. 10.*

*Tartari lb. 10. ss.*

*Salis petræ lb. 5. lb.*

*Argenti viui sublimati lb. 3.*

*Salis Armoniaci lb. 5.*

hæc simul contusa & cribrata cõmiscuo, &  
vt iam supra de priori oleo factum est, ita  
hoc idem, per illud idem regimen, hoc in-  
quam 2 olium facio: quod olium vocant  
veri Philosophorum: nam præter hunc  
ignem nullum alium reperimus ignem  
qui agat in terram nostram, id est, in au-  
rum: hic est ignis verè elementalis: de hoc  
oleo nullo modo sunt parandæ medicinæ  
vt corporibus nostris humanis applicen-  
tur, sed pro infirmitatibus metallorum &  
gemmarum medendis: hoc oleum itidem  
vasi vitreo bene obturato ad vsum seruo:

148 CORNELIVS ALVETANVS  
huius etiam nostris negotijs bonam quan-  
tatem opus habeo. His duobus oleis iam  
procuratis, ita procedo; accipio de quoli-  
bet oleo libras tres, & simul in vase vitreo  
magno coniungo, cum magna cautela ne  
efferueant: nam vbi sese attingunt, ilico  
suos ignes excitant, fitque magna & vehe-  
mentissima ebullitio, cum iactura nisi cau-  
te hic agatur: sed tum pono illud vas in  
quod volo hæc duo coniungi in aquam,  
& paulatim infundo postremum oleum:  
facile possum hoc ferocissimos insultus re-  
primere, & tandem per Balneum per 20.  
dies circulo, vt bene vniantur: tum voca-  
tur à Philosophis SPERMA METAL-  
LORVM, huius pro quantitate nostri  
instituti opus habeo decem libras.  
Interea hæc facio, Accipio

*Salis petra lb. 3.*

*Virrioli lb. 3.*

*Cinaberis lb. 1.*

*Viridis aris lb. 1.*

hæc cribro & permisceo & facio aquam  
fortem: huius aquæ opus habeo ultra vi-  
ginti libras.

*AQUA FORTIS.*

Huius aquæ fortis accipio lb. 5, cui addo  
salis communis lb 3.

*AQUA REGIA.*

Et

Et iterum per alembicum distillo: hanc aquam vocamus REGIAM AQVAM, & huius pro nostro instituto opus habeo viginti libras.

Accipio auri puri lb. 5. siue marcas 10.

Argenti viui marcas 30. ter sex tantum quantum auri & facio amalgama, quod diuido in quatuor æquales partes & diuersis vitreis vasis in quatuor scilicet partes amalganiæ, impono mox aquam fortem simplicem & non regiam superfundo, & mox incipit per se bullire, ac sic argentum viuum resoluitur & ab auro separatur, manetque aurum in fundo vasorum calcinatum, & purissimum: aquam vero in qua est argentum viuum dissolutum per inclinationem in aliud vas proijcio & pro gemmis preciosis aut alijs faciendo adferuo: nostro interim instituto amplius non erit vsui. Remanet vt aiebam calx auri in fundo, quam auri calcem aqua communi Lympidalauo & desicco, & iterum eodem vase quo prius repono, cui addo aquæ Regiæ libras tres, singulis scilicet diuisis partibus, & mox inquam aurum resoluitur in aquã: quo dissoluto per aquam illam regiã aquã rubentissimã, mox addo vasi alembicũ, & distillo lento igne, donec resideat aurum, ac si foret butyrum liqua-



150 CORNELIVS ALVETANVS  
tum, mox obturo vasis orificium, & pono in balneum, vt per 21. diebus circuletur.

Et quum omne metallum minus à natura perfectum mediante nostro sacro E-LIXIR, quod intendo gratia Dei perficere in gratiam V. S. R. M. & Reip. vestræ utilitatem, possit in perfectissimum statum, scilicet auri obrisi mutari & transmutari: tamen à proximiori perfectione intendo: quare cum argentum cæteris sit imperfectis perfectius, pleneque perfectioni approximet: Accipio ergo argentum commune vt nostro negotio inferuiat loco fermenti: accipio inquam marcas quinq; argenti & per aquam fortem communem, in aquam Smaragdini coloris dissoluo: quo dissoluto sicut de auro factum est: ita ago cum argento, hoc scilicet inde distillo per alembicum fere totam aquam donec cõsistat ac si esset oleum oliuarum: sed omnino viride: deinde depono alembicum, & vasis orificium occludo, & in balneo cum auro circulo 21. diebus: hæ duæ circulationes & oleorum priorum circulationes simul eodemque tempore fiunt.

LAC VIRGINIS, MEN-

*struum & qua Mercurialis.*

Inte-

DE LAPIDE PHILOSOPH. 151

Interea scilicet dum hæc circulationes fiunt, hanc aquam facio, quam aquam, vt eam philosophi celarent, eam diuersis nominibus vocauerunt, vt LAC VIRGINIS, MENSTRVVM: sed potissimũ & sæpius AQVAM MERCVRIALEM. bone Deus circa hanc quomodo se torserunt multi: nam hæc est clavis totius nostre philosophiæ, quam qui non habet in naturæ thesauros non intrabit. Sic facio. Accipio argenti viui lb. 3.

*Stanni lb. 3.*

*Plumbi lb. 3.*

de his tribus facio amalgama eo modo quo supra de auro: huic amalgamæ addo Argenti viui sublimati lb. 5.

*Sulphuris sublimati ʒ. 8.*

*Arsenici,*

*Auripigmēti,*

*Salis armoniaci,*

} sublimietorũ quorum-  
libet vncias 12.

hæc simul diligentissime contero aut pistino aut supra prophiritem continue terendo, donec pultis mollitiem induant, hanc molem in duas aut plures partes diuido & per vitream retortam, aut quidem bene per alembicum, sed citius & melius per retortam elicio aquam quam possum & diligenter colligo, retortam frango, nam aliter eximere materiam nõ possum,

K 5

& ite.

152 CORNELIVS ALVETANVS  
& iterum contero donec rursus pultis  
mollitiem induant, tum demum iterum e-  
licio aquam, quam priori collectæ addo:  
ac iterum repeto totiens donec habeam  
huius æquæ libras decem, qua aqua colle-  
cta eam pono ut cætera ad circulandam,  
& huius aquæ circulatio cum aliarum re-  
rum circulatione fieri potest, ut parcamus  
tempori. Hæc aqua circulatione facta erit  
rubicundissima ultra quam dici possit,  
virtus istius est mirabilis ad multa, maxi-  
me pro gemmis pretiosis faciendis.

Circulatis omnibus supradictis, In no-  
mine Dei summi, accipio aurum primum  
circulatum, cui coniungo argentum circu-  
latum, his duobus addo 10. lb. aquæ mer-  
curialis bene mouendæ, ita coniungo &  
pono rursus ad circulandum 21. diebus,  
quibus elapsis aperio vas & augmento i-  
gnem tribus diebus cõtinuis ut bene con-  
fiant & proportionaliter coniungantur, ut  
fit indissolubile naturæ matrimonium, ut  
procreentur nobis heroes cœlestes.

Bone Deus serua nos, ut hoc tuum san-  
ctum celebremus coniugium. De hoc na-  
turæ matrimonio & diuino coniugio scri-  
pserunt innumeri, qui si illud intellexe-  
runt, non video, saltem paucissimos intel-  
lexisse scio. Hic primum fundatur lapis  
Philosophorum. HIC

DE LAPIDE PHILOSOPH. 153  
HIC DESIIT NATVRA,

*nunc incipit Ars.*

**H**is factis habeo in promptu duo  
vascula vitrea, quæ dissolutoria  
appellamus, & lapidem hūc glo-  
riosum accipio & caute diuido,  
& illius accipio vncias 4. & impono vascu-  
lo prædicto cui addo de oleo philosophi-  
co siue spermate vncias sexdecim, & pono  
supra cineres tepētes tribus horis cōtinu-  
is, si velim plura vascula ita parare potero,  
modo habeam omnium rationem. Hic  
videre est mirabile naturæ arcanum, spo-  
liatur enim aurum suo corpore & resolu-  
tur in argentum viuum, suum quod ful-  
get quasi foret stella cuius splendorem  
oculi nostri non ferent si diutius velimus,  
illud intueri, mox subsequitur argentū vi-  
uum ipsius argēti quod loco fermēti tan-  
tum adpositum est, hoc argētū viuum non  
minori splendore splendet, nisi quod  
fulgur ille magis palleat, alter autem ru-  
tilet, delectabile profecto spectaculum,  
colluctatio horum erit iucundissima vi-  
deri, verum fateor nemo est qui hoc pos-  
sit intueri quin exhorreat plane.

Dominus Deus sanctus in secula secu-  
lorum gloriosus seruet V. R. M. vt vide-  
re dignetur hoc magnum DEI mysteri-  
um,

354 CORNELIVS ALVETANVS  
um meamq; vitam eo saltem vsq; deducat  
tempore, quo possim hoc mysterium in  
gloriam sui nominis sancti V. S. R. M. hu-  
militer manifestare, amen.

Durabit hæc nostræ naturæ eclipsis cir-  
citer ad horas quatuor, tandem coibût in  
vnum corpus seque recondët suis cineri-  
bus, tanquam vnica illa & diuina Fœnix.

His ergo absolutis transfero mea vascu-  
la sancta in locum fœtidum & tanta re om-  
nino indignum nisi certe lateret ignis my-  
sterion, scilicet in fimum equinum cali-  
dum permaneatq; ibidem 21. diebus qui-  
bus absolutis non dubito reperiam hanc  
diuinam materiam nigerrimam & visu  
indignissimam. Non tamen despero nam  
latere in hoc nigro re ruboris infinitam  
quantitatem scio, illinc transfero eadem  
sancta vasa in balneum etiam 21. diebus  
interea fit albissima & clarissima, tandem  
ultimo transfero eadem vasa in fornacem  
reuerberationis vt ibidem circuletur &  
reuiuiscatur 21. diem & vertetur in niti-  
lantissimum; fulgorem, sed nunc inuigi-  
landum est summopere, vt fit calor tem-  
peratus tribus continuis diebus tum in-  
tentionem ignem excitabo. Ultimo ita au-  
gmentandus est ignis, vt fit ignis fusionis  
auri, sed non cupri aut ferri, in his tamen

tor-

DE LAPIDES PHILOSOPH. 159  
tormentis perpetuo rutilabit nostrum, di-  
uinum ELYXIR, ac ita gratia DEI perfici-  
tur, cum infriguerint vasa cautissime ex i-  
mendum est ELIXIR, & in pixidibus e-  
burneis asseruandum vt par est tanquam  
res longe pretiosissima & ditissima ac om-  
nino diuina DOMINVS DEVS det de  
suo sancto spiritu V.S.R.M. vt ea in gloria  
& honorem suæ diuinæ maiestatis vtatur.

Ceterumque quomodo hoc dono Dei  
vtendum sit, & quomodo fit multiplican-  
dum alias V. S. R. M. aptius & cum maiori  
horū elucidatione si ita præcipiat V. R. M.  
facturum me pollitior quam humiliter.  
Precor insuper dignetur V. S. R. M. cle-  
menter hæc accipere placido & benigno  
vultu, & quod V. S. R. M. promisi sine vlllo  
dubio me facturum sciat Vestra Clemen-  
tissima Maiestas, digneturq; V. R. M. cle-  
mēter animatuertere, vt hoc nostrum ne-  
gotium tam sanctum tamque diuinum fi-  
at citra vllam perturbationem ne inter-  
turbetur vllis modis, nam turbari nõ vult  
vlllo modo. Cætera spero per DEI gratiam  
à Vestra Serenissima, & Clemen-  
tissima Regia Maiestate bona.

Londini. Anno 1565.

14. Iulij.

FINIS.